TRATADO DE LA SUSTANCIA DIVINA Y SUS ATRIBUTOS

Francisco Suárez

TRACTATUS DE DIVINA SUBSTANTIA EJUSQUE ATTRIBUTIS

Francisci Suarez

Edición bilingüe Latín-Español

2026

CC BY-NC-SA 4.0

Raúl Acebes Cornejo

España 2026

Previo

La obra *De Divina Substantia Eiusque Attributis* de Francisco Suárez (1548-1617) constituye uno de los tratados más significativos de su producción teológico-metafísica. Forma parte del amplio comentario a la *Prima Pars* de la *Summa Theologiae* de santo Tomás de Aquino, concretamente del primer tractatus dedicado a *De Deo uno et trino*. Publicado originalmente hacia 1606, este texto aborda con rigor escolástico la existencia de Dios, su esencia y los atributos divinos (unidad, simplicidad, infinitud, inmutabilidad, eternidad, omnipotencia, omnisciencia, etc.), integrando la tradición tomista con aportaciones originales que caracterizan el pensamiento suareciano.

La presente edición bilingüe latín-castellano se basa en el Tomo I de la *Opera Omnia* de Suárez, editada en París en 1856 por *Apud Ludovicum Vivès* bajo la dirección inicial de A.D. M. André, Canónigo de La Rochelle, y completada por Charles Berton. Esta monumental recopilación en 26 volúmenes se apoya directamente en la edición veneciana anterior (*Venetiis*, Ex Typographia Balleoniana / Apud Sebastianum Coleti, 1740-1751, en 23 volúmenes, a veces encuadernados en 19), una de las primeras grandes colecciones sistemáticas de la obra suareciana tras su muerte. Ambas ediciones —la veneciana del siglo XVIII y la parisina del XIX— representan hitos en la transmisión del pensamiento de Suárez, garantizando la accesibilidad de textos que, de otro modo, permanecerían dispersos en ediciones sueltas del siglo XVII.

Francisco Suárez, jesuita granadino conocido como el *Doctor Eximius*, ocupa un lugar privilegiado entre los grandes teólogos de la Segunda Escolástica o Escolástica Barroca. Su influencia superó ampliamente los límites de la Compañía de Jesús y de la teología católica. Durante todo el siglo XVII, sus obras principales —especialmente las **Disputationes Metaphysicae (1597), el **Tractatus de Legibus ac Deo Legislatore** (1612) y sus comentarios teológicos— conocieron múltiples ediciones en los principales centros editoriales europeos: Coimbra, Lisboa, Lyon, Venecia, Colonia, Maguncia, Amberes, París y otras ciudades. Esta extraordinaria difusión contrasta con la de muchos de sus contemporáneos y pone de manifiesto su estatura intelectual.**

Comparado con Luis de Molina, Suárez comparte la preocupación por conciliar gracia y libertad, pero su enfoque es más amplio y metafísico. Mientras Molina se centra en la *scientia media,* Suárez construye un sistema coherente que abarca toda la realidad. Frente a Gabriel Vázquez, otro jesuita coetáneo de gran sistematicidad, Suárez destaca por su originalidad metafísica y por su capacidad de diálogo con Escoto y la tradición nominalista sin abandonar el tomismo. Roberto Belarmino, por su parte, sobresale en la teología controversial y polémica contra el protestantismo; Suárez, en cambio, prefiere la construcción positiva y la profundidad especulativa.

Entre los dominicos, Domingo Báñez representa la línea tomista más estricta en la controversia *De Auxiliis*; Suárez, aunque jesuita, mantiene un respeto profundo por santo

Tomás al tiempo que introduce innovaciones que lo acercan a la modernidad. Juan de Santo Tomás (João Poinsot), con su monumental *Cursus Theologicus*, ofrece una síntesis tomista de gran envergadura en el siglo XVII; sin embargo, Suárez logra una integración más audaz entre metafísica y teología, influyendo no solo en teólogos católicos, sino también en filósofos protestantes y en el nacimiento del derecho natural moderno (Hugo Grotius lo cita con admiración).

Más adelante, en el siglo XVIII, figuras como Alfonso de Ligorio destacan en la teología moral práctica y pastoral. Suárez, por el contrario, se sitúa en la cumbre de la especulación metafísica y jurídica, sentando las bases sobre las que se construirá buena parte del pensamiento moderno. Su noción de ser (*ens ut ens*), su teoría de la distinción formal y su concepción de la ley natural ejercieron una influencia decisiva en Descartes, Leibniz, Spinoza y en la Escuela del Derecho Natural.

El tratado *De Divina Substantia Eiusque Attributis* ilustra perfectamente estas características: combina el método escolástico de las *disputationes* con una claridad expositiva y una profundidad analítica que lo convierten en un modelo de teología filosófica. En un momento en que la metafísica comenzaba a separarse de la teología, Suárez mantiene su unidad sin sacrificar el rigor racional.

La presente edición bilingüe pretende facilitar el acceso a este texto capital a un público más amplio, respetando la lengua original latina —vehículo de la escolástica barroca— y ofreciendo una traducción al castellano moderno que preserve la precisión conceptual sin sacrificar la fluidez. Al hacerlo, rendimos homenaje a uno de los pensadores más influyentes de su época y de los siglos siguientes, cuya obra sigue interpelando a teólogos, filósofos e historiadores del pensamiento.

INDEX

INDICE

Prooemium **Proemio …….7**

LIBRI PRIMI

DE EXISTENTIA DEI
De essentia ejusque attributis in communi

Proemio
Cap. I. An Deus sit ens ecessarium.
Cap. II. Sitne esse Dei de essentia ejus.
Cap. III. Quale esse sit de essentia Dei.
Cap. IV. De simplicitate Dei in se.
Cap. V. Deum non venire in compositionem.
Cap. VI. De divina unitate.
Cap. VII. De veritate divini esse.
Cap. VIII. De bonitate divini esse.
Cap. IX. An Deo conveniant alia attributa.
Cap. X. Distinguanturne attributa ab essentia.
Cap. XI. Sitne attributa de essentia Dei.
Cap. XII. An attributa includant invicem essentialiter.
Cap. XIII. An attributa includant se in invicem.
Cap. XIV. Quomodo de Deo attributa enuntientur.

LIBRI SECUNDI

DE ATTRIBUTIS DEI NEGATIVIS

LIBRO PRIMERO……10

DE LA EXISTENCIA DE DIOS
Sobre la esencia y sus atributos en común.

Cap. I. Si Dios es un ente necesario……11
Cap. II. Si el ser (esse) de Dios pertenece a su esencia. ……24
Cap. III. Qué tipo de ser pertenece a la esencia de Dios…….……31
Cap. IV. Sobre la simplicidad de Dios en sí mismo. ……45
Cap. V. Que Dios no entra en ninguna composición (no es compuesto)……...52
Cap. VI. Sobre la unidad divina…….59
Cap. VII. Sobre la verdad del ser divino…...64
Cap. VIII. Sobre la bondad del ser divino…70
Cap. IX. Si a Dios le convienen otros atributos. ……82
Cap. X. Si se distinguen los atributos de la esencia. ……94
Cap. XI. Si los atributos son de la esencia de Dios. ……100
Cap. XII. Si los atributos se incluyen entre sí esencialmente……..108
Cap. XIII. Si los atributos se incluyen unos en otros. …….....115
Cap. XIV. De qué modo se enuncian los atributos acerca de Dios……124

LIBRO SEGUNDO……130

DE LOS ATRIBUTOS NEGATIVOS DE DIOS

Cap. I. Si Dios es infinito simplemente…..134
Cap. II. Sobre la inmensidad y la existencia de Dios en las cosas……142
Cap. III. Sobre la inmutabilidad de Dios…156
Cap. IV. Sobre la eternidad de Dios…….162
Cap. V. Si Dios es del todo incomprensible…...168

Cap. I. An Deus sit infinitus simpliciter.
Cap. II. De immensitate et existentia Dei in rebus.
Cap. III. De immutabilitate Dei.
Cap. IV. De Dei aeternitate.
Cap. V. An Deus sit omnino incomprehensibilis.
Cap. VI. An Deus sit invisibilis corporeis oculis.
Cap. VII. An Deus sit invisibilis in se respectu omnis intellectus creati.
Cap. VIII. Sitne Deus invisibilis naturaliter cuivis creaturae.
Cap. IX. An visio Dei sit supernaturalis omni intellectui creabili.
Cap. X. Sitne visio Dei proxime ab intellectu videntis.
Cap. XI. An videatur Deus per verbum creatum.
Cap. XII. An videatur Deus per speciem creatam.
Cap. XIII. Possitne videri Deus de potentia absoluta per speciem creatam ab eodem infusam.
Cap. XIV. Infundaturne lumen gratiae [vel gloriae] videntibus.
Cap. XV. Quae sit necessitas, quodve munus luminis gloriae.
Cap. XVI. Possitne de potentia absoluta videri Deus sine lumine gloriae.
Cap. XVII. Sitne visio Dei connaturalis intellectui lumine gloriae informato.
Cap. XVIII. Sit ne visio Dei cognitio quidditativa et intuitiva Dei.

Cap. VI. Si Dios es invisible para los ojos corporales. ……...177
Cap. VII. Si Dios es invisible en sí mismo respecto a todo entendimiento creado……184
Cap. VIII. Si es Dios invisible por naturaleza para cualquier criatura……...194
Cap. IX. Si la visión de Dios es sobrenatural para todo entendimiento creable……201
Cap. X. Si la visión de Dios procede inmediatamente del entendimiento del que lo ve…….214
Cap. XI. Si se ve a Dios mediante una palabra (*verbum*) creada……..227
Cap. XII. Si se ve a Dios mediante una especie (*species*) creada…….....236
Cap. XIII. Si puede verse a Dios, por potencia absoluta, mediante una especie creada infundida por Él mismo……255
Cap. XIV. Si se infunde la luz de la gloria a los que ven [a Dios]……274
Cap. XV. Cuál sea la necesidad o la función de la luz de la gloria……..279
Cap. XVI. Si puede verse a Dios, por potencia absoluta, sin la luz de la gloria……301
Cap. XVII. Si la visión de Dios es connatural al entendimiento informado por la luz de la gloria..305
Cap. XVIII. Si la visión de Dios es un conocimiento quiditativo [de su esencia] e intuitivo de Dios…309
Cap. XIX. Si la visión de Dios es de la misma especie en todos los bienaventurados……..318
Cap. XX. Si la visión de Dios es de igual perfección en todos los que lo ven……325
Cap. XXI. De dónde se origina la desigualdad de la visión en los bienaventurados……..338
Cap. XXII. Si los que ven a Dios ven necesariamente todos los atributos que hay en Él…….347
Cap. XXIII. Si los que ven la esencia divina ven necesariamente a las tres personas……362
Cap. XXIV. Si los que ven a Dios ven los actos libres de su voluntad……..379
Cap. XXV. Si pueden verse las criaturas posibles en el Verbo a través de su visión……...393

Cap. XIX. Sitne visio Dei ejusdem speciei in omnibus beatis.
Cap. XX. Sitne visio Dei aequalis perfectionis in videntibus ipsum.
Cap. XXI. Unde oriatur inaequalitas visionis in beatis.
Cap. XXII. Videntes Deum an necessario videant omnia attributa quae in eo sunt.
Cap. XXIII. Videntes divinam essentiam an necessario videant tres personas.
Cap. XXIV. Videntes Deum an videant liberos actus voluntatis ejus.
Cap. XXV. Possintne videri creaturae possibiles in Verbo per illius visionem.
Cap. XXVI. An necessario videantur creaturae possibiles in Verb
Cap. XXVII. An creaturae existentes seu futurae videantur vel videri possint.
Cap. XXVIII. Quas res videant beati in Verbo.
Cap. XXIX. Cur visio non sit comprehensio et quomodo differant. Cap. XXX. Viderine possit Deus ab homine in vita mortali.
Cap. XXXI. Sitne Deus ineffabilis. Cap. XXXII. Quomodo possit Deo nomen imponi.

LIBRI TERTII

DE ATTRIBUTIS DEI POSITIVIS
De proprietatibus

Cap. XXVI. Si se ven necesariamente las criaturas posibles en el Verbo……..…432
Cap. XXVII. Si las criaturas existentes o futuras se ven o pueden ser vistas [en Dios]…….448
Cap. XXVIII. Qué cosas ven los bienaventurados en el Verbo……461
Cap. XXIX. Por qué la visión no es "comprensión" y en qué se diferencian……474
Cap. XXX. Si Dios puede ser visto por el hombre en la vida mortal……483
Cap. XXXI. Si es Dios inefable……492
Cap. XXXII. De qué modo se le puede imponer un nombre a Dios……..509

LIBRO TERCERO…….525

DE LOS ATRIBUTOS POSITIVOS DE DIOS
De las propiedades que atribuyen a dios una perfección positiva.

Cap. I. De la Ciencia de Dios sobre sí mismo…526
Cap. II. De la Ciencia de Dios de las cosas posibles …….530
Cap. III. De la Ciencia de Dios de las cosas futuras. ……547
Cap. IV. Si la Ciencia de Dios es práctica…….558
Cap. V. De las Ideas Divinas…….568
Cap. VI. De la Voluntad Divina……...579
Cap. VII. De los Actos de la Voluntad Divina..587
Cap. VIII. De la Voluntad antecedente y consiguiente……600
Cap. IX. De la Omnipotencia de Dios……..607
Cap. X. De la Providencia de Dios……625

PROEMIO

quje positivam perfectionem deo attribuunt.

Cap. I. De Scientia Dei de se ipso.
Cap. II. De Scientia Dei rerum possibilium.
Cap. III. De Scientia Dei rerum futurarum.
Cap. IV. An Scientia Dei sit practica.
Cap. V. De Divinis ideis.
Cap. VI. De voluntate Divina.
Cap. VII. De Actibus voluntatis Divinae. Cap. VIII. De voluntate antecedente et consequente.
Cap. IX. De Omnipotentia Dei.
Cap. X. De Providentia Dei.

PROOEMIUM

Universa fere, quae Deo, ut unus est, attribuuntur, duplici theologia cognosci possunt, naturali et infusa seu supernaturali. Naturali quidem, quatenus coeli enarrant gloriam Dei, quod de elementis, animalibus et praesertim de ipsius hominis natura dici potuisset. Propter quod generalius Paulus dixit: *invisibilia Dei per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus ac divinitas*. Et consonat sapiens cum ait: *a magnitudine speciei et creaturae cognoscibiliter posse creatorem eorum videri*.
Divina autem et altiori theologia haec de Deo cognoscuntur quando ex divina revelatione et per illam percipiuntur. Quoniam si Paulus dixit: *accedentem ad Deum oportet credere quia est, et inquirentibus se*

Casi todo lo que se atribuye a Dios en cuanto es uno puede conocerse mediante una doble teología: la natural y la infusa o sobrenatural.

Mediante la teología natural, en la medida en que «los cielos proclaman la gloria de Dios», lo cual podría decirse también de los elementos, de los animales y, sobre todo, de la naturaleza del hombre mismo. Por eso dijo el Apóstol Pablo de manera más general: «*Las cosas invisibles de Dios se contemplan con el entendimiento a través de las cosas creadas, así como su poder sempiterno y su divinidad*». Y concuerda con él el Sabio cuando afirma que «*por la grandeza y hermosura de las criaturas se puede conocer de manera inteligible a su Creador*».

Sin embargo, estas mismas realidades acerca de Dios se conocen mediante una teología más alta y divina cuando se perciben a partir de la revelación divina y a través de ella. Pues si San Pablo dijo que «*quien se acerca a Dios debe creer que existe y que es remunerador de los que lo buscan*» (cosas que, por así decirlo, son los primeros elementos del conocimiento de Dios), con mucha mayor razón todas las demás verdades que se pueden investigar acerca de Dios mediante el discurso natural se conocerán de manera más alta y cierta a partir de la revelación.

Tampoco este doble modo de conocer a Dios es superfluo ni inútil: el primero pertenece a la perfección que corresponde a la naturaleza y puede servir a la teología superior. Sin embargo, este conocimiento natural resultaría muy imperfecto si no fuera ayudado por el sobrenatural, tanto para preservar al hombre de los errores como para que se adhiera con mayor firmeza e inamovilidad a las verdades divinas. Además, por la teología sobrenatural se revelan muchas cosas que la teología natural no puede alcanzar.

Por esta razón, los teólogos escolásticos, al tratar de Dios, han expuesto indistintamente ambas teologías. Aunque

remunerator sit (quae sunt, ut ita dicam, prima elementa cognitionis Dei), multo magis caetera omnia quae per naturalem discursum de Deo inquiri possunt, altiori ac certiori modo ex revelatione cognoscentur. Nec vero duplex hic modus cognoscendi Deum supervacaneus est aut otiosus; nam prior ad perfectionem naturae consentaneam pertinet et superiori theologiae inservire potest. Erit nihilominus ille valde imperfectus nisi posteriori iuvetur, tum ut homo ab erroribus praeservetur, tum etiam ut firmius et immobiliter divinis veritatibus adhaereat. Praeterquam quod multa per supernaturalem theologiam revelantur quae theologiam naturalem attingi non possunt.

Hinc factum est ut theologi scholastici disputantes de Deo utramque theologiam promiscue tradiderint; quoniam, licet per se et ex instituto supernaturalem theologiam doceant (nam ex revelatis principiis procedunt), nihilominus naturali theologia utuntur ut ministra ad supernaturales veritates confirmandas, et ut ex utriusque theologiae consonantia animus fidelis in illis veritatibus facilius conquiescat.

Quoniam vero in opere in quo Metaphysicam sapientiam tradidimus necessarium nobis fuit ad illius doctrinae complementum naturalem theologiam distincte ac separatim pro viribus elaborare, idcirco multo brevius hic possumus ea omnia quae de divinae naturae excellentia per naturalem rationem aliquo modo cognoscuntur percurrere. Unde, cum multi a nobis efflagitarent ut saltem ea quae in scholis de Deo secundum se tradidimus in lucem proferremus (quod facili negotio et brevi opere ob causam dictam fieri posse videbatur), eis annuendum putavimus. Praesertim quia, cum in aliis libris de caeteris fidei mysteriis tractaverimus, ea quae ad ipsam divinitatem pertinent, et inter alia praecipua sunt

por su propia institución enseñan la teología sobrenatural (pues proceden a partir de principios revelados), sin embargo utilizan la teología natural como sierva para confirmar las verdades sobrenaturales y para que, gracias a la armonía entre ambas teologías, el ánimo fiel descanse con mayor facilidad en esas verdades.

Como en la obra en la que expusimos la sabiduría metafísica nos fue necesario elaborar, para completar su doctrina, la teología natural de manera distinta y separada en la medida de nuestras fuerzas, por eso aquí podemos recorrer de forma mucho más breve todo aquello que, de la excelencia de la naturaleza divina, se puede conocer de algún modo mediante la razón natural. Por ello, como muchos nos pedían insistentemente que al menos sacáramos a la luz lo que en las escuelas habíamos enseñado acerca de Dios en sí mismo (lo cual, por la razón ya dicha, parecía que podía hacerse con facilidad y en una obra breve), consideramos que debíamos acceder a su petición. Y tanto más cuanto que, habiendo tratado en otros libros los demás misterios de la fe, no convenía seguir aplazando más lo que se refiere a la divinidad misma, que es una de las cosas principales y fundamento de las demás.

Trataremos, pues, en esta obra de Dios en cuanto es uno y en cuanto es trino, y así tendrá dos partes principales: la primera puede llamarse *De la Unidad de Dios*, y la segunda, *De la Trinidad*.

Sin embargo, casi todo lo que corresponde al primer orden —es decir, lo que conviene a Dios en cuanto es uno— puede alcanzarse de algún modo mediante la razón natural, excepto la divina predestinación. Por eso de ella tendremos que escribir con mucha más amplitud que de las demás cosas. Dividiremos, por tanto, esta primera parte en dos secciones: la posterior tratará de la predestinación, y la anterior, de Dios y de sus restantes atributos.

ac caeterorum fundamenta, amplius differre non oportebat.
Dicemus igitur in hoc opere de Deo ut unus est et ut trinus, et ita duas habebit partes principales: prior de Dei unitate dici potest, altera de Trinitate. Interea vero, quae ad priorem ordinem pertinent, fere omnia quae Deo ut unus est conveniunt aliquo modo naturali ratione attinguntur, praeter divinam praedestinationem; et ideo de illa multo fusius a nobis scribendum est quam de aliis. Subdividemus ergo illam priorem partem in duas: eritque posterior de praedestinatione, prior de Deo eiusque reliquis attributis. Inter quae unum est quod naturalis theologia in totum fere relinquit, nimirum quomodo Deus sit visibilis vel invisibilis a creatura; quod mysterium altissimum est estque (ut ego iudico) totius ordinis gratiae ac proinde ipsius etiam praedestinationis fundamentum. Et ideo in primo tractatu huius operis per caetera attributa brevissime discurremus, supponendo ea quae vel in Metaphysica vel in aliis nostris opusculis de his tractavimus, illaque addendo quae ad supernaturalem theologiam spectant. De visione vero creata Dei latius dicemus.
De his autem quaestionibus quae vel in prologo Sententiarum vel in principio primae partis tradi solent (id est, de theologia eiusque obiecto et proprietatibus) in hoc opere nihil dicemus, tum quia brevitati studemus, tum praecipue quia, si omnes quaestiones illae spectentur quatenus ex generalibus principiis Metaphysicae pendent (ut sunt de unitate scientiae vel formalitate obiecti eius, de speculatione et praxi et similibus), in Metaphysica haec omnia sunt a nobis tradita et fere in initio cuiuscumque scientiae, etiam ipsius Dialecticae, praemitti solent. Si autem considerentur nostrae theologiae proprietates ut aliquo modo supernaturales sunt, habent dependentiam a lumine fidei, et sine illius doctrina intelligi non possunt; et cum illa facillime expedientur.

Entre estos atributos hay uno que la teología natural casi por completo deja de lado: a saber, cómo Dios es visible o invisible para la criatura. Este es un misterio altísimo y constituye (a mi juicio) el fundamento de todo el orden de la gracia y, por consiguiente, también de la misma predestinación. Por eso, en el primer tratado de esta obra recorreremos brevísimamente los demás atributos, suponiendo lo que ya tratamos de ellos en la *Metafísica* o en otras obras nuestras, y añadiendo únicamente lo que pertenece a la teología sobrenatural. Del tema de la visión creada de Dios hablaremos con mayor extensión.

En cuanto a aquellas cuestiones que suelen tratarse en el prólogo de las *Sentencias* o al principio de la primera parte (es decir, acerca de la teología misma, de su objeto y de sus propiedades), en esta obra no diremos nada. Lo hacemos, por una parte, porque buscamos la brevedad, y principalmente porque, si se consideran todas esas cuestiones en cuanto dependen de los principios generales de la Metafísica (como las relativas a la unidad de la ciencia, a la formalidad de su objeto, a la especulación y a la praxis, etc.), todas ellas ya fueron expuestas por nosotros en la *Metafísica*, y suelen preceder al inicio de cualquier ciencia, incluso de la misma Dialéctica.

Si, en cambio, se consideran las propiedades de nuestra teología en cuanto son de algún modo sobrenaturales, dependen de la luz de la fe y, sin su doctrina, no pueden entenderse; pero con ella se resuelven con gran facilidad. Por eso (si Dios, que da la vida, nos concede algún día exponer la doctrina de la gracia y de las virtudes teologales), trataremos al mismo tiempo de la fe acerca de la teología misma, e incluso de toda virtud sobrenatural del entendimiento mediante la cual Dios suele ser conocido en esta vida.

Por ahora, suponemos lo que ya es claro y nos basta: que el objeto de la teología, ya sea primario o de algún modo

Ideoque (si vita comite et Deo bene iuvante, post doctrinam de gratia de theologicis virtutibus doctrinam tradere concessum aliquando fuerit) simul cum fide de theologia ipsa, imo de omni virtute supernaturali intellectus per quam Deus in hac vita cognosci solet, disseremus.
Nunc ea quae clara sunt nobisque sufficiunt supponimus, scilicet theologiae obiectum vel primarium vel suo modo adaequatum Deum esse, prout unus et trinus est, et prout est primum principium et finis ultimus creaturarum omnium. Quod obiectum a fide recipit haec scientia; ideoque ex principiis fide divina revelatis et creditis ad suas veritates demonstrandas procedit, et inde suam unitatem et certitudinem aliasque perfectiones participat. In hoc vero opere ea pars huius doctrinae tantum a nobis traditur quae circa Deum ipsum versatur.

adecuado, es Dios en cuanto es uno y trino, y en cuanto es el primer principio y el fin último de todas las criaturas. Este objeto lo recibe esta ciencia de la fe; por eso procede a demostrar sus verdades a partir de los principios revelados y creídos por la fe divina, y de ahí recibe su unidad, su certeza y las demás perfecciones. En esta obra, sin embargo, solo exponemos aquella parte de esta doctrina que versa directamente sobre Dios mismo.

LIBRI PRIMI

DE EXISTENTIA DEI

De essentia ejusque attributis in communi

Cap. I. An Deus sit ens necessarium.

Cap. II. Sitne esse Dei de essentia ejus.

Cap. III. Quale esse sit de essentia Dei.

Cap. IV. De simplicitate Dei in se.

Cap. V. Deum non venire in compositionem.

Cap. VI. De divina unitate.

Cap. VII. De veritate divini esse.

Cap. VIII. De bonitate divini esse.

LIBRO PRIMERO

DE LA EXISTENCIA DE DIOS

Sobre la esencia y sus atributos en común.

Cap. I. Si Dios es un ente necesario.

Cap. II. Si el ser (esse) de Dios pertenece a su esencia.

Cap. III. Qué tipo de ser pertenece a la esencia de Dios.

Cap. IV. Sobre la simplicidad de Dios en sí mismo.

Cap. V. Que Dios no entra en ninguna composición (no es compuesto).

Cap. VI. Sobre la unidad divina.

Cap. VII. Sobre la verdad del ser divino.

Cap. VIII. Sobre la bondad del ser divino.

Cap. IX. Si a Dios le convienen otros atributos.

Cap. X. Si se distinguen los atributos de la esencia.

Cap. XI. Si los atributos son de la esencia de Dios.

Cap. XII. Si los atributos se incluyen entre sí esencialmente.

Cap. IX. An Deo conveniant alia attributa.

Cap. X. Distinguanturne attributa ab essentia.

Cap. XI. Sitne attributa de essentia Dei.

Cap. XII. An attributa includant invicem essentialiter.

Cap. XIII. An attributa includant se in invicem.

Cap. XIV. Quomodo de Deo attributa enuntientur.

Ad nostrum institutum accedentes, praesentem tractatum tribus libris comprehendemus. In primo de Dei existentia et essentia dicemus, ac subinde generalem de attributis divinis doctrinam trademus. In secundo de negativis attributis dicemus, inter quae unum est, esse incomprehensibilem et invisibilem, cujus occasione de visione beatifica dicemus. In libro autem tertio, affirmativa seu positiva attributa explicabimus. In hoc autem primo libro prius de existentia Dei tractabimus, quoniam hoc est perfectionum omnium fundamentum; postea quid sit Deus, nostro rudi modo concipiendi et loquendi, declarare conabimur.

CAPUT I.

AN EXISTENTIA NECESSITATE ABSOLUTA DEO CONVENIAT, ID EST, AN DEUS NECESSARIO SIT.

1. Quoniam in hoc opere (ut dixi), in his veritatibus, quas de Deo, ut unus est, fides docet, supponimus ea, quae per naturalem Theologiam assequi possumus, in proprio loco esse tractata, duo solum in praesenti tractatu circa easdem veritates addere

Cap. XIII. Si los atributos se incluyen unos en otros.

Cap. XIV. De qué modo se enuncian los atributos acerca de Dios.

Entrando ya en nuestro propósito, dividiremos el presente tratado en tres libros. En el primero, hablaremos de la existencia y esencia de Dios, y a continuación ofreceremos la doctrina general sobre los atributos divinos. En el segundo, trataremos de los atributos negativos, entre los cuales se encuentra el ser incomprensible e invisible, ocasión que aprovecharemos para hablar de la visión beatífica. En el libro tercero, explicaremos los atributos afirmativos o positivos. En este primer libro, trataremos primero sobre la existencia de Dios, puesto que este es el fundamento de todas las perfecciones; después, intentaremos declarar qué es Dios según nuestro tosco modo de concebir y hablar.

CAPÍTULO I.

SI LA EXISTENCIA CONVIENE A DIOS POR NECESIDAD ABSOLUTA, ES DECIR, SI DIOS EXISTE NECESARIAMENTE.

1. Como he dicho, en esta obra suponemos que ya han sido tratadas en su lugar las verdades que la fe enseña sobre Dios en cuanto es uno, en la medida en que podemos alcanzarlas mediante la Teología natural. Por ello, en este tratado solo podemos añadir dos cosas respecto a esas mismas verdades: o bien una mayor certeza a partir de los principios propios de la teología, o bien una mayor claridad, explicando en particular si la verdad en cuestión es exactamente la misma en sí misma

possumus, nimirum vel majorem certitudinem ex propriis principiis theologicis, vel majorem declarationem. Praesertim explicando, an veritas illa, de qua agitur, sit omnino eadem in se, prout a naturali et supernaturali Theologia traditur, vel ei aliquid addatur ex Theologia supernaturali.

tal como la transmiten la Teología natural y la sobrenatural, o si esta última añade algo.

2. In proposita ergo quaestione, duo vel tria utraque Theologia docet. Unum est, Deum esse; aliud est, necessario esse, seu quod idem est, Deum esse ens simpliciter et omni modo necessarium. Et in his continetur tertium, scilicet, esse ens a se, id est, non recipiens ab alio suum esse actualis existentiae, sed ex se illud habere. Haec omnia demonstrata sunt a nobis in secundo tomo Metaphysicae, partim disputatione 28, sect. 1, plenius vero tota disputatione 29. Has ergo veritates omnes docet etiam fides, ut mox dicemus, neque illis aliquid peculiare addit, praeter ea quae de perfectionibus divinis esse postea dicemus. Dico autem sacram doctrinam non addere aliquid dictis veritatibus, quantum ad rem directe cognitam de divino esse seu existentia: nam per modum cujusdam reflexionis supra cognitionem nostram seu circa veritates illas, ut cognoscibiles a nobis, videri potest aliquid addere, quamvis re vera solum in omnibus addat majorem certitudinem, ut ex sequentibus assertionibus constabit.

2. En la cuestión planteada, tanto una como otra Teología enseñan dos o tres cosas. La primera es que Dios existe; la segunda, que existe necesariamente, o lo que es lo mismo, que Dios es un ser simple y absolutamente necesario. Y en estas dos se contiene una tercera: que es un ser por sí mismo, es decir, que no recibe de otro su existencia actual, sino que la tiene de sí mismo. Todo esto lo hemos demostrado en el segundo tomo de la Metafísica, en parte en la disputación 28, sección 1, y más completamente en toda la disputación 29. Pues bien, la fe enseña también todas estas verdades, como diremos enseguida, y no añade a ellas nada especial, aparte de lo que diremos más adelante sobre las perfecciones divinas. Digo que la doctrina sagrada no añade nada a dichas verdades en cuanto a la realidad directamente conocida sobre el ser o la existencia divina; pues aunque a modo de reflexión sobre nuestro conocimiento, o sobre esas verdades en cuanto cognoscibles por nosotros, pudiera parecer que añade algo, en realidad lo único que añade en todos los casos es una mayor certeza, como quedará claro en las afirmaciones siguientes.

3. Prima conclusio. — Dico ergo primo: fide catholica tenendum est Deum esse: ita docuit Spiritus Sanctus per David, Ps. 13 (o 52), contra insipientem, qui in corde suo dixit: "Non est Deus". Notat autem Augustinus dixisse in corde, quia vix est qui tam insignem blasphemiam coram aliis audeat ore proferre. Adeo autem crevit haereticorum impudentia, ut dum nihil solidum aut stabile in suis erroribus inveniant, tandem in atheismum prolabantur, et Deum esse negent, ut Lindanus in

3. Primera conclusión. Digo, pues, en primer lugar: es de fe católica que Dios existe. Así lo enseñó el Espíritu Santo por boca de David, en el Salmo 13 (o 52), contra el necio que dijo en su corazón: "No hay Dios". Agustín advierte que lo dijo en su corazón, porque apenas hay quien se atreva a pronunciar semejante blasfemia delante de los demás. Pero tanto ha crecido la desvergüenza de los herejes que, al no encontrar nada sólido ni estable en sus errores, terminan cayendo en el ateísmo y negando que Dios exista, como refiere con más detalle Lindano en su *Panoplia*. Estos, sin embargo, no escuchan a Pablo cuando dice: "El que se acerca a Dios debe creer que existe" (Heb 11). Pero quizá dirán que Pablo habla de quienes se acercan a Dios, y que ellos no se acercan a

sua Panoplia latius refert. Hi tamen non audiunt Paulum dicentem: "Accedentem ad Deum oportet credere quia est" (Heb. 11). Sed fortasse dicent Paulum loqui de illis, qui ad Deum accedunt, se autem non accedere ad Deum, quia cum Deum esse non credant, ad Deum accedere non possunt. Hi ergo omnibus paganis et gentilibus pejores sunt, nam omnem modum Religionis tollunt, et omnia fidei fundamenta evertunt, neque scripturas admittere possunt tanquam sermonem Dei, quia si non credunt Deum esse, multo minus credent ipsum loqui. Contra hos ergo supervacaneum est ex Scripturis vel ex aliis locis theologicis argumentari; sed vel rationibus convincendi sunt, vel si sunt baptizati et pertinaces, igne suadendi.

Dios, porque al no creer que existe, no pueden acercarse a él. Estos son peores que todos los paganos y gentiles, pues suprimen toda forma de religión, destruyen todos los fundamentos de la fe y no pueden aceptar las Escrituras como palabra de Dios, porque si no creen que Dios existe, mucho menos creerán que él habla. Contra estos es inútil argumentar desde las Escrituras o desde otros lugares teológicos; hay que convencerlos con razones, o, si están bautizados y son pertinaces, persuadirlos con el fuego.

4. Objectio. — Una vero difficultas occurrit, non circa veritatem ipsam, sed circa gradum certitudinis in assertione positum. Quia non videtur fieri posse, ut fide credatur Deum esse. Nam fides in assensu suo nititur testimonio ipsius Dei; ergo ut fides locum habeat, supponi oportet esse Deum; non ergo per ipsammet fidem credi potest Deum esse. Si enim credo per fidem Deum esse, ergo ideo credo esse, quia ipse dicit se esse; ergo jam credo vel suppono ipsum dicere se esse; ergo suppono vel assentior ipsum esse; ergo impossibile est, quod ex dicto ejusdem Dei ego credam Deum esse.

4. Objeción. Se plantea una dificultad, no sobre la verdad en sí, sino sobre el grado de certeza afirmado. Parece imposible creer por fe que Dios existe, pues la fe se apoya en su asentimiento en el testimonio del propio Dios; luego, para que la fe tenga lugar, es necesario presuponer que Dios existe; por tanto, no puede creerse por la fe misma que Dios existe. Porque si creo por fe que Dios existe, lo creo porque él mismo dice que existe; luego ya creo o supongo que él dice que existe; luego supongo o consiento que él existe; luego es imposible que, a partir de las palabras del mismo Dios, yo crea que Dios existe.

5. Resolutio difficultatis. — Haec difficultas tangit illam de ultima resolutione fidei et de principiis in quibus ipsa fides nititur, quae ad materiam de fide spectat, et huc vocanda non est. Dicendum ergo breviter est, non repugnare assentiri Deum esse ex testimonio ipsius Dei dicentis: Ego sum qui sum, et Qui est misit me ad vos (Exod. 3). Potest enim persona, quae latet seu oculis non videtur, auribus audiri, et de se ipsa testimonium perhibere quod sit, vel quod talis sit. Sic Christus, cum

5. Resolución de la dificultad. Esta dificultad roza la cuestión sobre la resolución última de la fe y sobre los principios en que se apoya, materia que pertenece al tratado sobre la fe y no debe traerse aquí. Baste decir brevemente que no hay contradicción en asentir a que Dios existe a partir del testimonio del propio Dios cuando dice: *Yo soy el que soy*, y *El que es me ha enviado a vosotros* (Éx 3). Pues una persona que está oculta o que no se ve con los ojos puede ser oída y dar testimonio de sí misma sobre lo que es o cómo es. Así, cuando la samaritana no reconocía a Cristo como el Mesías, él dio testimonio de sí mismo diciendo: *Yo soy, el que habla contigo* (Jn 4). Con ese testimonio la obligó tanto a creer que él era el Mesías como a creer que el Mesías era quien lo atestiguaba; pues si ese dicho no se confirmara con la

Samaritana non cognosceret illum sub ratione Messiae, testimonium de se perhibuit dicens: Ego sum, qui loquor tecum (Joan. 4). Quo testimonio et illam obligavit ad credendum se esse Messiam, et ad credendum Messiam esse qui illud testificabatur; nisi enim auctoritate Messiae illud dictum confirmaretur, fide dignum non efficeretur. Similiter Marci 6, cum Christus supra mare iret ad discipulos laborantes in remigando, et ipsi eum videntes non cognovissent, sed turbati putarent phantasma esse, ipse de se testimonium perhibuit dicens: Ego sum. Itemque post resurrectionem ingressus ad discipulos dixit eis: Pax vobis, ego sum. Cui voci magis credendum erat quam visui, juxta illud Petri: Habemus firmiorem propheticum sermonem, etc. Sic ergo Deus revelando fidem, revelat se testificari res credendas, ex quibus una est, Deum esse. Quia potest Deus de se et de suo esse loqui, ac proinde testimonium praebere. In quo quidem testimonio supponitur Deum esse, ut dari possit, quia non loquitur nisi qui est, ut bene probat argumentum factum; non tamen supponitur cognitum ex parte credentis Deum esse ex vi illius testimonii, sed per illum eumdem assensum creditur et Deum esse, et ipsum dicere se esse, quia tanta est divina authoritas quae aliquo modo proponitur, ut totum id testimonio suo faciat creditu dignissimum, certissima fide.

6. Altera conclusio. — Secundo dico Deum esse absoluta necessitate, seu esse ens simpliciter necessarium, ita ut existere illi necessario conveniat, de fide est. Haec assertio sequitur ex praecedenti, vel illius sensum declarat: nam in hoc sensu docet fides Deum esse, tanquam veritatem quandam ita necessariam et infallibilem, ut deficere non possit. Idem ex alio fidei dogmate sequitur a posteriori, quia Deus est immutabilis et aeternus; ita ergo est, ut initium sui

autoridad del Mesías, no resultaría digno de fe. Del mismo modo, en Marcos 6, cuando Cristo caminó sobre el mar hacia los discípulos que remaban con esfuerzo, y ellos al verlo no lo reconocieron sino que, turbados, creyeron que era un fantasma, él dio testimonio de sí mismo diciendo: *Yo soy*. Igualmente, tras la resurrección, al entrar donde estaban los discípulos, les dijo: *Paz a vosotros, soy yo*. A esa voz había que dar más crédito que a la vista, según aquello de Pedro: *Tenemos la palabra profética más segura*, etc. Así pues, al revelar la fe, Dios revela que da testimonio de las cosas que han de creerse, entre las cuales está que Dios existe. Porque Dios puede hablar de sí mismo y de su ser y, por tanto, dar testimonio. En ese testimonio se presupone que Dios existe para que pueda darse, ya que no habla sino quien es, como bien prueba el argumento planteado; pero no se presupone que el creyente ya conoce que Dios existe en virtud de ese testimonio, sino que por ese mismo acto de fe se cree tanto que Dios existe como que él dice que existe, porque la autoridad divina, que de algún modo se propone, es tan grande que hace que todo ello sea, por su propio testimonio, lo más digno de crédito con certísima fe.

6. Segunda conclusión. Digo en segundo lugar: es de fe que Dios existe con absoluta necesidad, es decir, que es un ser simplemente necesario, de tal modo que existir le corresponde necesariamente. Esta afirmación se sigue de la anterior, o declara su sentido, pues en este sentido enseña la fe que Dios existe, como una verdad tan necesaria e infalible que no puede fallar. Lo mismo se sigue a posteriori de otro dogma de fe: que Dios es inmutable y eterno; existe, pues, de tal manera que no puede tener inicio ni fin en su ser, ni pasar en modo alguno del ser al no ser. Y esto es ser un ente simplemente necesario, al que la existencia actual le pertenece con absoluta necesidad, por así decirlo. Todo esto lo significó el propio Dios cuando afirmó de sí mismo de modo singular y casi por antonomasia: *Yo soy el que soy*, y se dio

esse vel finem habere non possit, nec transire ulla ratione de esse ad non esse; et hoc est esse ens simpliciter necessarium, cui actualis existentia absoluta necessitate inest, ut ita loquamur. Et hoc totum Deus ipse significavit, quando de se singulariter et quasi per antonomasiam affirmavit: Ego sum qui sum, sibique nomen imposuit: Qui est. Nam per illam absolutam appellationem significata est permanentia necessaria et immutabilitas divini esse. Ut notavit Nazianzenus orat. 38 (quae est 2 in Pascha), et Augustinus lib. De vera Religione, cap. 49; Isidorus lib. 7 Etymol., cap. 1; Hilarius lib. 1 De Trinitate et Cyrillus lib. 1 Thesau., cap. 4.

Effugium. — Responsum. — Quod si quis dicat in Hebraeo non legi "est", sed "qui ero", juxta Hebraicam proprietatem, ut Burgensis ibi et alii notarunt. Respondemus, vel esse consuetudinem illius linguae futurum pro praesente ponere, ut Lippomanus ibi respondet; vel quod ad nostrum institutum spectat, non minus illo futuro significari necessitatem essendi Dei quam praesenti, quia ex necessitate essendi sequitur ut semper duraturus sit Deus, quod significatur illo indefinito verbo "ero". Ratione veritas haec ostensa est in citato loco Metaphysicae, et patebit ex sequenti assertione.

7. **Objectio.** — Objici vero potest, quia si Deus ita necessario est, ergo non potest concipi Deus non actu existens; consequens ostendit falsum stultus ille, qui in corde suo dixit: "Non est Deus". Item sequitur veritatem hanc: "Deus est", per se notam esse etiam nobis, quia nomine Dei significatur res actu existens; per se autem et ex ipsis terminis notum est, rem actu existentem esse; ergo. Haec objectio praebet nobis occasionem illius quaestionis, quam hoc loco omnes tractant: an propositio haec "Deus est" sit per se nota. Sed de illa existimo sufficere quae in dicto loco Metaph., disput.

el nombre de *El que es*. Pues con esa denominación absoluta se significa la permanencia necesaria e inmutabilidad del ser divino, como señalaron Nacianceno en el Discurso 38, Agustín en *De vera Religione* cap. 49, Isidoro en *Etimologías* VII,1, Hilario en *De Trinitate* I, y Cirilo en *Tesoro* I,4.

Escapatoria y respuesta. Si alguien objeta que en hebreo no se lee "es" sino "el que seré", conforme a la propiedad del hebreo, como señalaron Burgense y otros, respondemos que o bien es costumbre de esa lengua usar el futuro por el presente, como responde Lippomano, o bien, en lo que atañe a nuestro propósito, que ese futuro no significa menos la necesidad del ser de Dios que el presente, pues de la necesidad de ser se sigue que Dios ha de durar siempre, lo cual queda expresado en ese verbo indefinido "seré". Esta verdad ha sido demostrada racionalmente en el lugar citado de la Metafísica, y quedará clara con la afirmación siguiente.

7. **Objeción.** Podría objetarse que si Dios existe así necesariamente, entonces no se puede concebir a Dios sin existir en acto; lo cual muestra que aquel necio que dijo en su corazón "No hay Dios" afirmaba algo falso. Se sigue también que la verdad "Dios existe" es por sí misma evidente incluso para nosotros, porque con el nombre de Dios se significa una realidad que existe en acto; y por sí mismo y por los propios términos es evidente que lo que existe en acto existe. Esta objeción nos da ocasión para tratar la cuestión que todos abordan en este lugar: si la proposición "Dios existe" es evidente por sí misma. Pero sobre ella creo que basta lo que dije en el lugar citado de la Metafísica, disputación 28, al final. En resumen: la realidad significada por esa proposición es en sí misma y por sí misma evidente, si se la contempla tal como es en sí. Para nosotros, en cambio, no es evidente por sí misma, porque no concebimos a Dios con claridad tal como es en sí. Y aunque captemos el significado de la palabra "Dios", no vemos inmediatamente en él que le

28, in fine, dixi. Et summa est, rem per illam propositionem significatam in se et per se notam esse, si ut est in se videatur. Nobis autem non esse per se notam, quia non concipimus clare Deum prout in se est. Et licet apprehendamus significatum illius vocis "Deus", non statim in illo videmus vere illi attribui quod sit, quia non statim apparet clare an vox illa rem veram vel tantum cogitatam significet. Quod patebit respondendo ad objectionem.

8. Responsum. — Ad primum concedo eum, qui non concipit rem actu existentem, non concipere Deum; unde insipiens ille qui dixit: "Non est Deus", re vera non concipiebat Deum ut verum ens, nam ille error destruit omnino cognitionem et conceptum Dei: sed concipiebat quid ab aliis significaretur nomine Dei et putabat non esse nomen rei verae, sed fictae, sicut est chimera; et hoc modo dicimus illum non habuisse conceptum verum Dei, id est, tanquam rei verae et non fictae. At qui cognoscit veritatem illius propositionis "Deus est", per hoc cognoscit rem significatam hac voce "Deus" non esse fictam, sed veram: et eo ipso quod vera est, talem esse, ut necessario sit.

9. Altera pars objectionis solvitur. — Neque inde sequitur, quod posteriori loco objiciebatur, propositionem illam esse nobis per se notam; quia licet haec propositio "Quod necessario habet existentiam actualem, est" sit per se nota (quia auditis et perceptis utcumque terminis, statim apparet inclusio praedicati in subjecto), tamen (si quis recte consideret) illa propositio est per se nota ut includit conditionem. Quia ex vi illius non affirmatur absolute aliquod existere, sed est veluti conditionalis: "si habet existentiam, existit". Ut ergo absolute et in actu exercito significetur illud subjectum existere, de secundo adjacente (ut aiunt) oportet ut

corresponda verdaderamente el ser, porque no resulta claro de inmediato si esa palabra designa una realidad verdadera o solo imaginada. Esto quedará claro al responder a la objeción.

8. Respuesta. A la primera parte concedo que quien no concibe una realidad como existente en acto no concibe a Dios; por eso aquel necio que dijo "No hay Dios" en realidad no concebía a Dios como un ser verdadero, pues ese error destruye por completo el conocimiento y el concepto de Dios. Lo que concebía era aquello que otros designaban con el nombre de Dios, y pensaba que no era el nombre de una realidad verdadera sino fingida, como la quimera. Y en este sentido decimos que no tenía un concepto verdadero de Dios, es decir, como de una realidad verdadera y no fingida. En cambio, quien conoce la verdad de la proposición "Dios existe" conoce por eso mismo que la realidad designada con la palabra "Dios" no es fingida sino verdadera; y precisamente porque es verdadera, es tal que necesariamente existe.

9. Se resuelve la segunda parte de la objeción. Tampoco se sigue de ahí lo que se objetaba en segundo lugar, que esa proposición sea para nosotros evidente por sí misma. Pues aunque la proposición "Lo que tiene existencia actual necesariamente, existe" sea evidente por sí misma (porque una vez oídos y captados de algún modo los términos, se ve enseguida que el predicado está incluido en el sujeto), sin embargo, si se reflexiona bien, esa proposición es evidente por sí misma solo en cuanto incluye una condición. Porque en virtud de ella no se afirma en absoluto que algo exista, sino que es como una condicional: "Si tiene existencia, existe". Para que se signifique en forma absoluta y en acto ejercido que ese sujeto existe, es necesario que se presuponga desde fuera que aquello de lo que se habla tiene necesariamente existencia actual. Así pues, aunque nosotros designemos con el nombre de Dios una realidad que existe necesariamente, no es evidente por sí mismo que exista,

aliunde supponatur illud de quo est sermo, necessario habere existentiam actualem. Sic ergo licet nos significemus nomine Dei rem quandam quae necessario est, non est per se notum esse, quia non est per se notum illud, quod illa voce significamus, esse rem veram et non fictam. Quando autem demonstratur aut aliter ostenditur veritas illius propositionis, simul demonstratur significatum illius nominis "Dei" esse verum et non fictum.

porque no es evidente por sí mismo que lo que designamos con esa palabra sea una realidad verdadera y no fingida. Cuando, en cambio, se demuestra o se muestra de otro modo la verdad de esa proposición, se demuestra al mismo tiempo que lo designado por el nombre de "Dios" es verdadero y no fingido.

10. **Conclusio tertia.** — Dico tertio: De fide est, Deum habere ex se existentiam non receptam ab alio. Haec consequens est ad duas praecedentes, et in ordine ad nos est prior illis, ut in citato loco Metaphys. ostendi. Nos enim prius probavimus esse aliquod ens habens ex se existentiam non receptam nec causatam ab alio; et inde concludimus ens esse necessarium in existendo, et esse unum tantum, et esse Deum. Et licet in re ipsa non sit prius neque posterius, quia sunt idem, tamen si secundum rationem loquamur, haec veritas sequitur ex praecedenti, quia haec ultra praecedentem solum addit negationem dependentiae ab alio, seu causalitatis vel receptionis existentiae; positivum autem est prius negatione, et quasi fundamentum eius. Deus ergo ita est, ut ex se summa necessitate sibi vendicet esse; hinc autem fit, ut illud esse ab alio non habeat, nec in eo quoquam pendeat.

10. Tercera conclusión. Digo en tercer lugar: es de fe que Dios tiene de sí mismo una existencia no recibida de otro. Esto se sigue de las dos conclusiones anteriores y, en el orden hacia nosotros, es anterior a ellas, como mostré en el lugar citado de la Metafísica. Nosotros probamos primero que existe un ser que tiene de sí mismo una existencia no recibida ni causada por otro, y de ahí concluimos que ese ser es necesario en su existir, que es uno solo, y que es Dios. Y aunque en la realidad misma no haya anterioridad ni posterioridad, porque son lo mismo, sin embargo, hablando según la razón, esta verdad se sigue de la anterior, porque no añade sobre ella más que la negación de la dependencia de otro, o de la causalidad o recepción de la existencia; pero lo positivo es anterior a la negación y es como su fundamento. Dios existe, pues, de tal manera que se arroga el ser con suma necesidad desde sí mismo; y de aquí resulta que ese ser no lo tiene de otro ni depende en nada de nadie.

11. **Quod vero attinet ad certitudinem fidei**, cum haec in re idem sint, licet a nobis distinguantur et diversis verbis declarentur, eisdem testimoniis quibus probatur prior veritas, haec etiam convincitur. Unde quod Deus dixit: *Ego sum qui sum*, perinde est ac si dixisset: «Ex me habeo Ego ut sim». Praeterea, saepe Scriptura docet Deum nulla re indigere, neque ab alio ditari posse, neque esse creatum, neque factum, immo ipsum esse factorem visibilium et invisibilium, ut in symbolo fidei

11. En cuanto a la certeza de fe, como estas cosas son en realidad lo mismo aunque las distinguimos y las expresamos con palabras distintas, también esta verdad queda establecida por los mismos testimonios con que se prueba la anterior. Por eso, cuando Dios dijo *Yo soy el que soy*, es como si hubiera dicho: "De mí mismo tengo el ser". Además, la Escritura enseña frecuentemente que Dios no necesita de nada, que no puede ser enriquecido por otro, que no fue creado ni hecho, sino que él mismo es el hacedor de lo visible y lo invisible, como leemos en el símbolo de la fe. Es, pues, un ser que tiene el ser de sí mismo. Por último, la fe enseña en este sentido que en Dios hay una persona ingénita, que no tiene autor ni

legimus. Est ergo ens ex se habens esse. Tandem hoc sensu docet fides dari in Deo quandam personam ingenitam, quae auctorem vel principium non habeat, ut infra tractantes de Trinitate videbimus; ergo eodem modo est de fide Deum esse improductum ut Deus est. Praeterea est ratio theologica, quia si haberet esse ab alio, vel haberet ab alio Deo, et ita essent plures Dii, vel ab alio meliori quam sit Deus, et sic iste non esset Deus, vel ab alio inferiori, quod esse non potest, ut per se notum est.

12. **Dubium. — Solvitur.** — Hic vero occurrebat difficultas de divinis personis, quae recipiunt esse ab alia persona, quomodo possint esse verus Deus, si de ratione Dei est habere esse a se et non ab alio. Sed de hoc in tractatu de Trinitate ex professo agendum est, libro secundo, capite secundo. Nunc breviter dicimus, hic solum esse sermonem de Deo ut Deus est, seu de divina natura ut sic; et hanc dicimus non esse factam nec productam proprie ab aliqua persona, licet in quibusdam sit communicata ab alia persona (quod non repugnat tali naturae neque illius esse).

13. **Conclusio quarta.** — Dico quarto: valde consentaneum fidei esse posse naturali discursu demonstrari Deum esse, et hoc negare temerarium esset et errori proximum. Quoad hoc dicebam videri posse aliquid addi per revelationem et doctrinam fidei circa veritatem hanc; re tamen vera, si res attente consideretur, solum additur nova certitudo vel peculiaris modus cognoscendi. Nam si verum est, ut revera est, ratione naturali demonstrari Deum esse, eadem ratione ostenditur hoc esse demonstrabile et cognoscibile naturaliter: nam ab actu ad potentiam bona est illatio. Si ergo demonstratur, demonstrabile est et cognoscibile naturaliter. Item, lux se ipsam manifestat, et qui vere scit

principio, como veremos más adelante al tratar de la Trinidad; luego del mismo modo es de fe que Dios es improducido en cuanto Dios. Hay además una razón teológica: si tuviera el ser de otro, o lo tendría de otro Dios —y entonces habría varios dioses—, o de algo mejor que Dios —y entonces este no sería Dios—, o de algo inferior, lo cual es imposible, como es evidente por sí mismo.

12. Duda y solución. Aquí se planteaba la dificultad de cómo las personas divinas, que reciben el ser de otra persona, pueden ser el verdadero Dios, si es propio de Dios tener el ser de sí mismo y no de otro. Pero esto ha de tratarse expresamente en el tratado sobre la Trinidad, libro segundo, capítulo segundo. Por ahora decimos brevemente que aquí solo se habla de Dios en cuanto Dios, es decir, de la naturaleza divina como tal; y de ella decimos que no fue hecha ni producida propiamente por ninguna persona, aunque en algunas fue comunicada por otra persona (lo cual no es incompatible con tal naturaleza ni con su ser).

13. Cuarta conclusión. Digo en cuarto lugar: es muy conforme a la fe que pueda demostrarse por discurso natural que Dios existe, y negar esto sería temerario y próximo al error. En este punto decía que quizá la revelación y la doctrina de la fe añaden algo respecto a esta verdad; pero si se considera el asunto con atención, lo único que añaden es una nueva certeza o un modo peculiar de conocer. Pues si es verdad —como efectivamente lo es— que se puede demostrar por la razón natural que Dios existe, por la misma razón se muestra que esto es demostrable y conocible de modo natural: porque del acto a la potencia es buena la inferencia. Si se demuestra, pues, es demostrable y conocible naturalmente. Además, la luz se manifiesta a sí misma, y quien verdaderamente sabe también sabe que sabe; si por tanto conocemos por razón natural que Dios existe, también sabemos que lo sabemos y lo

etiam scit se scire; si ergo ratione naturali scimus Deum esse, etiam scimus nos hoc scire et demonstrare. Ergo etiam quoad hanc partem nihil docet fides quod ratio non ostendat.

demostramos. Luego también en este punto la fe no enseña nada que la razón no muestre.

14. Quod autem hoc ad doctrinam fidei pertineat, ut in assertione dicitur, docet aperte D. Thomas I Contra Gentes, cap. 11 et 12, ubi contrariam doctrinam erroneam appellat; idemque censent communiter expositores D. Thomae, quos ego in Metaphys. secutus sum. Quia hoc videntur satis clare docere Paulus et Sapiens locis citatis.

14. Que esto pertenece a la doctrina de la fe, como se dice en la afirmación, lo enseña claramente Santo Tomás en *Contra Gentiles* I, caps. 11 y 12, donde llama errónea la doctrina contraria; y lo mismo opinan comúnmente los comentadores de Santo Tomás, a quienes yo seguí en la Metafísica. Pues esto parece enseñarlo con suficiente claridad Pablo y el Sabio en los lugares citados.

.

15. Aliquorum expositio. — Non desunt autem moderni, qui hanc probationem ex illis locis ut frivolam rejiciant, quia putant satisfieri testimoniis Pauli et Sapientis, dicendo posse veritatem hanc ex creaturis multum suaderi et cum magna probabilitate, etiam si assensum evidentem non efficiat. Quia illa persuasio est satis, ut sint inexcusabiles, quia non assentiuntur vel Deum non glorificant ut verum Deum, et ut dicatur haec veritas manifestari, notificari aut conspici modo humano ex creaturis.

15. Explicación de algunos. No faltan modernos que rechacen como frívola esta prueba a partir de esos lugares, porque creen que los testimonios de Pablo y el Sabio se satisfacen diciendo que esta verdad puede ser muy sugerida por las criaturas y con gran probabilidad, aunque no produzca un asentimiento evidente. Pues esa persuasión bastaría para que sean inexcusables quienes no asienten o no glorifican a Dios como verdadero Dios, y para que se diga que esta verdad se manifiesta, se notifica o se percibe de modo humano a partir de las criaturas.

16. Rejicitur. — Sed non probo expositionem. Primo, quia verba sunt valde clara in omni proprietate intellecta, et materia non obstat, imo juvat, ut proprietas verborum teneatur. Item Sapiens non est contentus uti verbo videndi sed addidit: Cognoscibiliter videri poterat. Paulus autem tot verba repetit, quae claram cognitionem significant, ut non possit convenienter limitari; nam primo vocat notum Dei, ubi Anselmus: Notum Dei (inquit) est, quod naturali ingenio sciri potest de Deo. Hoc autem de Deo naturaliter sciri potest, quod ipse sit Deus. Unde addit Paulus: hoc esse manifestum, et quod Deus illis manifestavit. Deinde addit intellecta conspici, ubi Hieronymus: Tam evidenter (inquit)

16. Rechazo. Pero no apruebo esa explicación. Primero, porque las palabras son muy claras entendidas en todo su rigor propio, y la materia no lo impide sino que más bien favorece que se mantenga la propiedad de los términos. Además, el Sabio no se contenta con usar el verbo "ver" sino que añadió: *podía ser visto cognosciblemente*. Y Pablo repite tantas palabras que significan conocimiento claro que no pueden limitarse convenientemente; pues primero llama a esto *lo conocido de Dios*, donde Anselmo dice: "Lo conocido de Dios es lo que puede saberse de Dios por el ingenio natural. Y esto puede saberse de Dios naturalmente: que él mismo es Dios". De ahí que Pablo añada que esto es *manifiesto* y que *Dios se lo manifestó a ellos*. Luego añade que *se percibe intelectualmente*, donde Jerónimo dice: "Son tan evidentes al entendimiento que se dice que son contemplados". Del mismo modo lo insinúan Crisóstomo y los griegos, y más claramente

intellecta sunt, ut conspecta dicantur. Item insinuant ibi Chrysostomus et Graeci et clarius Beda cum Augustino, cujus varia loca refert, estque optimus tractatus secundus in Joan.: Deus (inquit) potest inveniri per creaturam evidenter, dicente Apostolo: Invisibilia enim ipsius, etc. Idem optime in libro Soliloquiorum, c. 31, et lib. 10 Confessionum, cap. 6.

Beda junto con Agustín, de quien se recogen varios lugares, siendo excelente el segundo tratado sobre Juan: "Dios puede encontrarse evidentemente por medio de la criatura, según dice el Apóstol: *Pues sus realidades invisibles*, etc." Lo mismo sostiene de modo excelente en el libro de los Soliloquios, cap. 31, y en las Confesiones X,6.

17.Communis sententia. — Praeterea est haec communis sententia Patrum, ut constat ex Dionysio, cap. 7 De Divinis nominibus; Chrysostomo, homilia 9 et 10 ad populum; Gregorio, lib. 29 Moralium, cap. 1 (in id Job 36): Omnes homines vident eum, unusquisque intuetur procul. Ubi idem testatur Hieronymus in Commentar. Job illi attributis. Idemque habet in Epistol. ad Galatas; idem sentit Damascenus lib. 1 De fide, cap. 1 et 3; et Nazianzenus oratione 28, ubi ait de Patre, id est, de Deo (ut est principium non productum, nec factum ab alio): insitam esse hominibus naturalem cognitionem; ait vero esse a natura insitam, quia per naturalem discursum comparatur, ut ipse exposuit oratione 34, quae est secunda de Theolog. Ubi interpres, pro discursu vel ratiocinatione, "conjectura assequi" posuit; sed vox Graeca proprie est syllogizare et ratiocinari; qualis autem haec ratio sit, ex alio loco satis colligitur, scilicet, esse tam claram et apertam, ut ea ratione a natura insita dicatur talis conclusio, scilicet Deum esse. Idem plane docet Justinus ad quaestionem 6 a Gentibus propositam, et Athanasius oratione Contra Idola, et Cyprianus De Idolorum vanitate, ubi hac ratione dicit, Deum ignorari non posse, et alii passim. Denique eodem modo sentiunt Scholastici, S. Thomas cum suis sectatoribus, Cajetanus, Ferrariensis, Capreolus et alii moderni; Ales, 1 p., qu. 3, m. 2, art. 1; Albertus in Summa p. 1, qu. 17;

17. Opinión común. Además, esta es la opinión común de los Padres, como consta por Dionisio, *De divinis nominibus* cap. 7; Crisóstomo, homilías 9 y 10 al pueblo; Gregorio, *Moralia* XXIX,1 (sobre Job 36): *Todos los hombres lo ven, cada uno lo contempla desde lejos*. Donde lo mismo atestigua Jerónimo en los comentarios atribuidos a él sobre Job, y lo mismo sostiene en la epístola a los Gálatas. El mismo pensamiento tiene Damasceno, *De fide* I, caps. 1 y 3; y Nacianceno en el Discurso 28, donde dice del Padre, es decir, de Dios (como principio no producido ni hecho por otro), que existe en los hombres un conocimiento natural innato; dice que es innato por naturaleza porque se adquiere mediante el discurso natural, como él mismo explicó en el Discurso 34. Donde el intérprete, en lugar de "discurso" o "razonamiento", puso "alcanzar por conjetura"; pero la voz griega significa propiamente silogizar y razonar; y de qué tipo es este razonamiento se desprende suficientemente de otro lugar: que es tan claro y evidente que por esa razón se dice que tal conclusión —que Dios existe— es como innata en la naturaleza. Lo mismo enseña claramente Justino en respuesta a la cuestión 6 propuesta por los gentiles, y Atanasio en el discurso *Contra los ídolos*, y Cipriano en *La vanidad de los ídolos*, donde por esta razón dice que Dios no puede ser desconocido, y otros muchos en distintos lugares. Finalmente, en el mismo sentido opinan los escolásticos: Santo Tomás con sus seguidores, Cayetano, Ferrariense, Cayétan, Capreolo y otros modernos; Ales, 1 p., cuestión 3; Alberto en la *Suma*, p. 1, cuestión 17; Enrique en la *Suma*, artículo 22, cuestión 4; Marsilio, 1, cuestión 3,

Henricus in Summa artic. 22, qu. 4; Marsilius 1, qu. 3, art. 1; Scotus, Richardus et alii in 1, distinction. 2 et 3. Qui fere omnes fundantur in verbis Pauli, de quibus etiam videri possunt ibi Toletus et Pereira, qui constantissime hanc intelligentiam confirmant.

artículo 1; Escoto, Ricardo y otros en el libro 1, distinciones 2 y 3. Casi todos ellos se fundan en las palabras de Pablo, sobre las cuales pueden verse también allí Toleto y Pereira, que confirman con toda firmeza esta interpretación.

18. Ego vel maxime [moveor], quod Scripturae Sacrae saepe utuntur argumento ex creaturis desumpto ad confundendos idololatras et gentiles [non] agnoscentes verum Deum, ut videre maxime licet in Psalmis, praesertim 18, 93, 103, 148 et in 113 ab illis verbis: Nequando dicant gentes: ubi est Deus eorum? Deus autem noster in caelo: omnia quaecumque voluit, fecit. In libro etiam Job, a cap. 38, Deus ipse ex operibus suis, quae latissime recenset, seipsum demonstrat. Unde Paulus Act. 14 inquit: Non sine testimonio reliquit semetipsum, dans eis pluvias, etc. Sentiens illud esse efficacissimum testimonium, ut ignorantes Deum vel ipsum non colentes, reddantur inexcusabiles. Unde, Act. 17, praedicaturus Atheniensibus, tacite arguendo supponit Deum esse, ita ut non possent resistere: Deus (inquit) qui fecit mundum et omnia quae in eo sunt, hic caeli et terrae cum sit Dominus, etc. Reputabat ergo Paulus tam evidens testimonium hoc creaturarum, ut ethnici ipsi contradicere non possent. Tandem posset hoc ostendi afferendo demonstrationem, sed hoc fuse praestitimus disputatione 29 Metaphysicae.

18. A mí me mueve sobre todo el hecho de que las Sagradas Escrituras utilizan con frecuencia el argumento tomado de las criaturas para confundir a los idólatras y gentiles que no reconocen al verdadero Dios, como puede verse especialmente en los Salmos, sobre todo en el 18, 93, 103, 148 y en el 113 desde las palabras: *Para que no digan las naciones: ¿dónde está su Dios? Nuestro Dios está en el cielo: hizo todo lo que quiso*. También en el libro de Job, desde el capítulo 38, el propio Dios se demuestra a sí mismo a partir de sus obras, que repasa con gran amplitud. De ahí que Pablo diga en Hechos 14: *No se dejó sin testimonio a sí mismo, dando lluvias*, etc., dando a entender que ese era un testimonio eficacísimo para que quienes ignoraban a Dios o no lo veneraban quedaran sin excusa. Y en Hechos 17, al disponerse a predicar a los atenienses, supone tácitamente con su argumentación que Dios existe, de tal manera que no podían resistir: "El Dios que hizo el mundo y todo lo que hay en él, siendo Señor del cielo y de la tierra", etc. Pablo consideraba, pues, tan evidente este testimonio de las criaturas que incluso los gentiles no podían contradecirlo. Por último, esto podría mostrarse aduciendo la demostración, pero esto lo hemos hecho ampliamente en la disputación 29 de la Metafísica.

19. Objectio. — Solum posset objici, quia quae evidenter demonstrantur negari non possunt; at multi negarunt Deum esse, etiam ex his qui sibi sapientes videbantur, et Philosophorum rationes intellexisse, ut referunt Cicero, lib. 1 De natura Deorum; Plutarchus, lib. 1 De Placit.; Lactantius, libro 1 De divin. Institut. et alii. Ergo signum est rationes illas non esse evidentes. Item, ut homines ductu rationis

19. Objeción. Solo podría objetarse que lo que se demuestra evidentemente no puede negarse; y sin embargo muchos negaron que Dios exista, incluso entre quienes se tenían por sabios y habían comprendido los razonamientos de los filósofos, como refieren Cicerón en *De natura deorum* I, Plutarco en *De placitis* I, Lactancio en *Instituciones divinas* I y otros. Luego eso es señal de que esos razonamientos no son evidentes. Además, para

teneantur assentiri Deum esse, non est necessaria demonstratio; alias pauci possent habere illum assensum, quia pauci sunt qui philosophicis discursibus intendant, et pauciores qui illorum vim penetrent: ergo non oportet intelligere Scripturam de cognitione evidente, sed de illa quae ad operandum humano modo sufficiat. Tandem, alias quomodo sapientes christiani philosophi poterunt habere fidem hujus veritatis, si illius habent evidentiam?

que los hombres estén obligados por la guía de la razón a asentir a que Dios existe, no es necesaria la demostración; de lo contrario, pocos podrían tener ese asentimiento, porque son pocos los que se dedican a los discursos filosóficos, y menos aún los que penetran su fuerza. Luego no es preciso entender que la Escritura habla de un conocimiento evidente, sino del que basta para obrar de manera humana. Finalmente, de lo contrario, ¿cómo podrán los filósofos sabios y cristianos tener fe en esta verdad, si tienen evidencia de ella?

20. Ad primam partem respondetur. — Ad primum respondeo primo: non negasse veritatem hanc demonstratam, nisi qui attente illius demonstrationem considerare noluerunt aut non potuerunt; vel ex defectu doctrinae et ingenii, vel ex aliqua nimia cupiditate, qua praesertim obcaecantur politici nostri temporis, qui in Atheismum declinant. Secundo dicimus: non omnem demonstrationem esse aeque facilem et notam. Aliqua enim est vera demonstratio quae de se intellectum bene dispositum convincit; non est tamen tam clara, quin protervus possit resilire; semper tamen hoc provenit ex aliqua caecitate mentis nolentis considerare vim praemissarum vel illationis. Unde Nazianzenus, orat. 28 (Theol. 2): Animus (inquit) absurdus et praeposterus est, qui non cedit argumentis naturalibus, et inficiatur Deum esse.

20. Respuesta a la primera parte. A la primera parte respondo, en primer lugar, que no han negado esta verdad demostrada sino quienes no quisieron o no pudieron considerar atentamente su demostración, ya sea por defecto de doctrina o de talento, ya sea por algún deseo excesivo, que ciega especialmente a los políticos de nuestro tiempo que se inclinan hacia el ateísmo. En segundo lugar, digo que no toda demostración es igualmente fácil y clara. Pues hay demostraciones verdaderas que por sí mismas convencen al entendimiento bien dispuesto, pero no son tan claras que el obstinado no pueda resistir; sin embargo, esa resistencia proviene siempre de alguna ceguera mental que no quiere considerar la fuerza de las premisas o de la conclusión. De ahí que Nacianceno, Discurso 28, diga: "Es una mente absurda y perversa la que no cede ante los argumentos naturales y niega que Dios exista."

21. Ad alteram partem satisfit. — Ad secundum respondemus primo: ideo Deum providisse ut homines fide potius quam naturali discursu ambularent, quia ille infirmus est et non potest omnibus esse communis. Secundo dico: si fingamus homines in pura natura sine fidei revelatione, necessarium fuisse ut vulgus hominum ignorantium et simplicium crederet suis majoribus, quod in hac veritate esset facillimum et conveniens: facile quidem, quia licet non posset omnibus res esse perfecte nota, tamen ipsa veritas

21. Respuesta a la segunda parte. A la segunda parte respondo, primero: Dios proveyó que los hombres caminasen más por la fe que por el discurso natural, porque este es débil y no puede ser común a todos. Segundo, digo que si imaginamos a los hombres en pura naturaleza, sin la revelación de la fe, habría sido necesario que el pueblo de los ignorantes y sencillos creyera a sus mayores en esta verdad, lo cual hubiera sido facilísimo y conveniente: fácil, porque aunque no todos pudieran conocer la cosa perfectamente, sin embargo la verdad

proposita cum aliquali declaratione ex effectibus notissimis, est per se credibilis ac valde probabilis; conveniens autem esset, quia in re tam gravi non expediret unumquemque de populo duci suo solo judicio et apparenti verisimilitudine; oporteret ergo sapientibus et majoribus fidem habere. Talis autem fides remote niteretur in certa assertione aliorum, quae non posset esse ita certa, nisi esset etiam evidens.

misma, una vez propuesta con alguna explicación a partir de los efectos más conocidos, es en sí misma creíble y muy probable; y conveniente, porque en un asunto tan grave no sería adecuado que cada uno del pueblo se guiara solo por su propio juicio y por lo que le parece verosímil; sería preciso dar crédito a los sabios y a los mayores. Y esa fe se apoyaría remotamente en la afirmación cierta de otros, que no podría ser tan cierta si no fuera también evidente.

22. Ad tertiam partem objectionis respondetur. — De tertia objectione non est hic dicendi locus. Breviter ergo dico certitudinem fidei esse majorem quam sit certitudo genita ex demonstratione quod Deus sit; et ex hac parte potest philosophus christianus per fidem credere Deum esse firmius quam per suam scientiam. Non eliciendo unum actum qui habeat evidentiam scientiae et certitudinem fidei (ut quidam dicunt, id enim impossibile est, cum illae proprietates sint diversorum ordinum, naturalis et supernaturalis, et sint ex diversis motivis, quae sufficiunt ad actus specie diversos); sed eliciendo actus plures, quorum unus liber est quoad specificationem, alter necessarius; unus evidens, alius obscurus ex ratione sua, quia illa major certitudo non ex claritate est, sed ex motivo obscuro, accedente voluntate. Et ideo unus manet semper actus scientiae naturalis, alter vero actus supernaturalis fidei, sive actus illi possint simul exerci, sive tantum diversis temporibus, quod ad praesens nihil refert.

22. Respuesta a la tercera parte. Sobre la tercera objeción no es este el lugar para hablar. Digo brevemente, pues, que la certeza de la fe es mayor que la certeza engendrada por la demostración de que Dios existe; y desde este punto de vista, el filósofo cristiano puede creer por fe que Dios existe de manera más firme que por su ciencia. No elicitando un único acto que tenga la evidencia de la ciencia y la certeza de la fe (como algunos dicen, pues eso es imposible, ya que esas propiedades son de órdenes distintos, el natural y el sobrenatural, y provienen de motivos distintos que bastan para actos específicamente diversos), sino elicitando varios actos: uno de ellos es libre en cuanto a la especificación, el otro es necesario; uno es evidente, el otro es oscuro por su propia razón, porque esa mayor certeza no proviene de la claridad sino de un motivo oscuro al que se suma la voluntad. Y por eso uno permanece siempre como acto de ciencia natural, y el otro como acto sobrenatural de fe, ya sea que esos actos puedan ejercerse simultáneamente o solo en momentos distintos, lo cual no tiene aquí mayor importancia.

CAPUT II.

AN ESSE DEI SIT DE ESSENTIA DEI.

CAPÍTULO II

SI EL SER DE DIOS PERTENECE A LA ESENCIA DE DIOS

1. Nemo potest Deum quidditative in hac vita cognoscere. — Supponimus esse impossibile hominem in hac vita mortali, vel

1. Nadie puede conocer a Dios quidditativamente en esta vida. Damos por supuesto que es imposible que el

omnino extra visionem claram Dei, ipsum quidditative cognoscere, ut libro secundo latius ostendemus. Multo ergo impossibilius hoc est homini per solam rationem naturalem aut per solam fidem Deum cognoscenti, quia ratio naturalis non attingit omnem perfectionem Dei, nec formare potest conceptum Dei prout est in se; fides autem obscure proponit Deum et sub velamine creaturarum, et ideo dicitur eius cognitio esse *per speculum et in aenigmate*, non prout Deus in se est.

Hinc ergo fit ut vix possit homo describere aut eloqui quid Deus sit, quia minus potest homo explicare quam concipere; at mente satis concipere non potest quid Deus sit; multo ergo minus verbis id poterit explicare. Sic dixit Dionysius, c. 1 *De divinis nominibus*: «Veraciter dicimus nos Deum non ex natura cognoscere». Et Nazianzenus, orat. 2 *De theologia*, non posse Dei naturam mente comprehendi aut verbis explicari, ut Damascenus, lib. 1, c. 2: «Quid Dei essentia sit, nec scimus, nec dicere possimus», etc. Quod Deus sit, liquido constat; quid autem ratione essentiae naturaeque sit, nullo modo cognosci potest.

hombre, en esta vida mortal o fuera de la visión clara de Dios, lo conozca quidditativamente, como mostraremos con más detalle en el libro segundo. Mucho más imposible es aún esto para el hombre que conoce a Dios por sola la razón natural o por sola la fe, porque la razón natural no alcanza toda la perfección de Dios ni puede formar un concepto de Dios tal como es en sí mismo; la fe, por su parte, propone a Dios de manera oscura y bajo el velo de las criaturas, y por eso se dice que su conocimiento es como a través de un espejo y en enigma, no tal como Dios es en sí mismo.

De aquí resulta que el hombre apenas puede describir o expresar qué es Dios, porque menos puede el hombre explicar de lo que puede concebir; y mentalmente no puede concebir bien qué es Dios; mucho menos podrá, por tanto, explicarlo con palabras. Así lo dijo Dionisio, cap. 1 de *Los nombres divinos*: "Con verdad decimos que no conocemos a Dios por su naturaleza." Y Nacianceno, en el Discurso 2 sobre la teología, que la naturaleza de Dios no puede ser comprendida por la mente ni explicada con palabras; y Damasceno, lib. 1, cap. 2: "Qué sea la esencia de Dios, ni lo sabemos ni podemos decirlo", etc. Que Dios existe es algo del todo claro; pero qué es por razón de su esencia y naturaleza, de ningún modo puede conocerse.

2. Quamvis autem hoc ita sit, necessarium nobis est aliquo modo explicare Dei essentiam et naturam, ut possimus illum ab aliis rebus distinguere et singularem aliquem eius conceptum formare, ratione cuius ei singularis veneratio debetur; ac denique, ut eius proprietates et perfectiones, quatenus aliquo modo innotescere possunt, explicare valeamus. Primum autem, quod de Deo nobis notificatur, est *esse*, ut ex discursu naturali constat et in ipsa fide significavit Paulus, cum dixit: *Accedentem ad Deum oportet credere quia est*. Et ideo ante omnia explicandum est quomodo ipsum *esse* ad Dei essentiam vel quidditatem comparetur.

2. Aunque esto sea así, nos es necesario explicar de algún modo la esencia y la naturaleza de Dios, para poder distinguirlo de las demás cosas y formar algún concepto singular suyo, en virtud del cual se le debe una veneración singular; y en definitiva, para poder explicar sus propiedades y perfecciones en la medida en que pueden darse a conocer de algún modo. Lo primero que se nos da a conocer de Dios es el ser, como consta por el discurso natural y como lo significó Pablo en la fe cuando dijo: *El que se acerca a Dios debe creer que existe*. Por eso, antes que nada, hay que explicar cómo el ser mismo se compara con la esencia o quididad de Dios.

3. **Duo autem certa sunt in fide.** Unum est non distingui in re ipsa ab

essentia Dei, propter Dei simplicitatem, ut infra videbimus. Aliud est, *esse* non convenire Deo aliunde quam ex sua essentia. Nam capite praecedenti ostensum est Deum non habere ab alio quod existat; ergo necesse est ut id habeat ex vi suae essentiae et naturae. Et hoc intendunt Patres ibi citati, et Isidorus, lib. 1 *Etymol.*, c. 1; et Augustinus, lib. 5 *De Trinit.*, cap. 2, ubi recte id intelligit ex illo testimonio *Exodi* 3: *Ego sum qui sum*. Quasi diceret Deus non posse melius suam naturam explicare quam per ipsum *esse*, atque adeo habere suum *esse* ex natura sua, et cum illa idem esse, et non esse aliud nec aliunde.

3. Dos cosas son ciertas en la fe. La primera es que el ser no se distingue en la realidad de la esencia de Dios, por razón de la simplicidad divina, como veremos más adelante. La segunda es que el ser no le corresponde a Dios de ninguna parte que no sea su propia esencia. Pues en el capítulo anterior se mostró que Dios no tiene de otro el que exista; es necesario, por tanto, que lo tenga en virtud de su propia esencia y naturaleza. Y esto es lo que pretenden los Padres allí citados, e Isidoro, lib. 1 *Etimologías*, cap. 1; y Agustín, lib. 5 *De Trinitate*, cap. 2, donde lo entiende correctamente a partir de aquel testimonio del Éxodo 3: *Yo soy el que soy*. Como si Dios quisiera decir que no puede explicar mejor su naturaleza que mediante el ser mismo, y que por tanto tiene su ser en virtud de su naturaleza, que es lo mismo que ella, y que no es otra cosa ni viene de otra parte.

4. Difficultas. — Nihilominus dubitant scholastici an formaliter sit *esse* Dei essentia, seu de eius essentia. Quia illa duo priora interdum inveniri possunt sine hoc postremo. Paternitas enim est idem cum essentia divina, et non aliunde convenit Deo quam ex vi suae essentiae, et nihilominus non est proprie ac formaliter de essentia eius. Sic ergo dixerunt aliqui *esse* non esse de essentia Dei, etiamsi sit idem cum illa et non aliunde quam ex illa, per quamdam quasi resultantiam secundum rationem, cum fundamento virtuali in re. Potestque hoc suaderi, quia *esse* etiam in Deo concipitur a nobis ut actus essentiae, et comparatur ad illam sicut abstractum ad concretum; nam licet essentia ipsa etiam concipiatur et significetur abstracte, mens tamen nostra, quae indivisibilia dividit, ab uno abstracto aliam maiorem abstractionem facit, ut in relatione praescindit et abstrahit *esse ad* ab *esse in*, et ab albedine abstrahit albedineitatem (ut quidam loquuntur). Sic ergo ab essentia Dei, ut existente, abstrahit *esse* seu existentiam; ergo necesse est ut ratione saltem distinguantur; ergo secundum praecisionem rationis non est *esse* de essentia illius essentiae, sed actus eius; ergo simpliciter non est de essentia. Tum quia quod est de

4. La dificultad. Sin embargo, los escolásticos dudan si el ser de Dios es formalmente su esencia, o si pertenece a ella. Porque aquellas dos primeras condiciones pueden encontrarse a veces sin esta última. La Paternidad, en efecto, es lo mismo que la esencia divina, y no le corresponde a Dios de ninguna parte que no sea en virtud de su esencia, y sin embargo no pertenece propiamente ni formalmente a ella. Así pues, algunos dijeron que el ser no pertenece a la esencia de Dios, aunque sea lo mismo que ella y no provenga de ninguna otra parte que de ella, por una especie de resultancia según la razón, con fundamento virtual en la realidad. Y esto puede argumentarse porque el ser, incluso en Dios, es concebido por nosotros como acto de la esencia, y se compara con ella como lo abstracto con lo concreto; pues aunque la esencia misma también se concibe y se expresa de forma abstracta, nuestra mente, que divide lo indivisible, hace desde un abstracto otra abstracción mayor, como en la relación prescinde y abstrae el ser-en de del ser-en, y de la blancura abstrae la blanquidad (como dicen algunos). Así pues, de la esencia de Dios en

essentia nec secundum rationem praescindi potest ab ipsa essentia; tum etiam quia oportet illa duo ita distingui ut unum in altero non includatur secundum rationem, alioquin non possunt ut concretum et abstractum comparari. Tandem confirmatur a simili: nam eadem est ratio de existentia et subsistentia, sed subsistentia non est de essentia divinitatis; ergo nec existentia.

5. Conclusio. — Quaestionem hanc tractavi fuse in I tomo, III part., disput. XI, sect. I, ubi dixi divinam existentiam proprie ac formaliter esse de essentia Dei, seu ipsam existentiam Dei. Quam assertionem nunc etiam omnino veram et veritati fidei maxime consentaneam iudico. Quia vero ibi ex Scriptura et Patribus illam satis confirmavi, nunc sufficit expendere nomen *Dei Qui est* ad hoc confirmandum. Quia nomina sapienter imposita solent propriam rei naturam maxime declarare: cum ergo Deus ab ipsa existentia sibi nomen imposuerit, argumentum est illud esse maxime essentiale. Ita fere D. Thomas I *Contra Gentiles*, c. 22. Praeterea unam vel aliam rationem urgebo, licet in alibi dictis omnia contineantur.

Ratio conclusionis. — Divinum *esse* nullo modo comparari potest ad essentiam Dei tanquam actum ab aliqua causa extrinseca illi collatum, sicut in creaturis comparatur: haec enim est prima differentia inter divinum *esse* et *esse* creatum, propter quam Deus per analogiam et principalitatem quandam nominatur *Qui est*; de omnibus autem aliis rebus scriptum est (Isaiae 40) esse coram eo quasi non sint. Sufficienterque probatur haec proprietas divini *esse* ex dictis in praecedenti capite. Rursus non potest existentia convenire divinae essentiae ut resultans ex illa, vel secundum rem vel secundum rationem; ergo debet convenire tanquam omnino de essentia, seu essentialiter constituens ipsam Divinitatem. Consequentia evidens

cuanto existente abstrae el ser o la existencia; por consiguiente, es necesario que se distingan al menos por la razón; luego según la precisión de razón el ser no pertenece a la esencia de esa esencia, sino que es su acto; luego simplemente no pertenece a la esencia. En parte porque lo que pertenece a la esencia no puede prescindirse de ella ni siquiera según la razón; y en parte también porque es necesario que esas dos cosas se distingan de tal manera que una no esté incluida en la otra según la razón, pues de lo contrario no pueden compararse como concreto y abstracto. Finalmente se confirma por analogía: la misma razón vale para la existencia y la subsistencia, pero la subsistencia no pertenece a la esencia de la divinidad; luego tampoco la existencia.

5. Conclusión. Esta cuestión la traté ampliamente en el tomo I, III parte, disputación XI, sección I, donde dije que la existencia divina pertenece propia y formalmente a la esencia de Dios, o que es la existencia misma de Dios. Esta afirmación la sigo juzgando ahora también del todo verdadera y en plena consonancia con la verdad de la fe. Y como allí la confirmé suficientemente con la Escritura y los Padres, basta ahora examinar el nombre de Dios *El que es* para confirmarla. Pues los nombres impuestos con sabiduría suelen declarar mejor la propia naturaleza de la cosa; como Dios se dio a sí mismo un nombre a partir del ser mismo, eso es argumento de que ese ser es lo más esencial. Así poco más o menos Santo Tomás, *Contra Gentiles* I, cap. 22. Añadiré además una u otra razón, aunque todo esté contenido en lo dicho en otros lugares.

Razón de la conclusión. El ser divino no puede compararse de ningún modo con la esencia de Dios como acto conferido a ella por alguna causa extrínseca, tal como en las criaturas se compara el ser con la esencia; pues esa es la primera diferencia entre el ser divino y el ser creado, razón por la cual Dios es llamado por analogía y con cierta primacía *El que es*; de todas las demás cosas,

est a sufficienti partium enumeratione.

6. Antecedens autem quoad priorem partem certum est ex divina simplicitate et perfectione, ut in sequentibus generatim ostendemus. Et patet facile, quia resultantia vera et realis non est sine aliqua reali causalitate ad efficientiam pertinente, quam intra Deum cogitare nefas est. Adde quod si nec secundum rationem potest hic esse talis resultantia, multo minus esse poterit secundum rem.

Probatur ergo altera pars, quia ut aliquid intelligatur ab altero resultare, oportet intelligi ut aliquo modo ratione prius, et ut sic esse etiam prius in ratione entis actualis; implicat autem contradictionem hoc modo concipere divinam essentiam respectu suae existentiae. Ergo. Maior patet, quia eo ipso quod intelligitur aliquid ut resultans ab alio, concipitur unum ut radix alterius, et sub ea ratione ut prius. Resultantia autem non potest esse nisi ab ente actuali et existente in rerum natura, et ideo eo ipso quod aliquid intelligitur tanquam resultans ab alio, illud a quo resultare intelligitur percipitur ut actualis entitas, quia ab eo quod nondum concipitur ut ens actu, non potest concipi aliquid dimanare quod res vera sit res actualis, ut in praesenti est *esse* divinum. Nam licet illa dimanatio concipiatur secundum rationem, tamen res illa quae illo modo concipitur realis est, et ideo concipi non potest ut manans nisi ab ente reali et actuali. Quod autem repugnet hoc modo concipere divinam essentiam respectu sui *esse*, probatur aperte, quia si essentia illa concipitur ut actualis entitas, iam concipitur ut includens *se* in rerum natura. Repugnat ergo concipere *esse* divinae naturae ut fluens a natura divina; ergo oportet illud concipere ut inclusum essentialiter in ipsa, seu (quod perinde est) ut constituens ipsam in ratione talis essentiae, quod est esse de essentia eius.

en cambio, está escrito (Isaías 40) que son ante él como si no fueran. Esta propiedad del ser divino queda suficientemente probada por lo dicho en el capítulo anterior. Además, la existencia no puede corresponder a la esencia divina como resultante de ella, ni según la realidad ni según la razón; por tanto, debe corresponderle como algo del todo perteneciente a la esencia, o como lo que constituye esencialmente la Divinidad misma. La consecuencia es evidente por enumeración suficiente de las partes.

6. El antecedente en cuanto a la primera parte es cierto por la simplicidad y perfección divinas, como mostraremos en general más adelante. Y es fácilmente patente, porque una resultancia verdadera y real no existe sin alguna causalidad real perteneciente a la eficiencia, lo cual sería un absurdo pensar dentro de Dios. Añádase que si ni siquiera según la razón puede haber aquí tal resultancia, mucho menos podrá haberla según la realidad.

Se prueba, pues, la segunda parte: para que algo se entienda como resultante de otro, es necesario entenderlo como de algún modo anterior según la razón, y como tal ser también anterior en la razón de ente actual; pero es contradictorio concebir así la esencia divina respecto de su existencia. Así queda probado. La mayor es patente, porque precisamente por el hecho de que algo se entiende como resultante de otro, se concibe uno como raíz del otro y, bajo esa razón, como anterior. Y la resultancia no puede ser sino de un ente actual y existente en la naturaleza de las cosas; por eso, precisamente porque algo se entiende como resultante de otro, aquello de lo que se entiende que resulta es percibido como entidad actual, pues de lo que todavía no se concibe como ente en acto no puede concebirse que dimane algo que sea una cosa verdadera y actual, como lo es en el presente caso el ser divino. Pues aunque esa emanación se conciba según la razón, la cosa que de ese modo se concibe es real, y por

7. **Altera ratio.** — Atque hinc sumitur altera ratio, quia implicat concipere divinam naturam ut potentialem, seu per modum entis in potentia, sicut intelliguntur essentiae creaturarum; ergo signum est quod includat in sua essentiali constitutione ipsum esse actuale suum. Consequentia inde constat, quia unaquaeque essentia concipi potest sine eo quod sibi essentiale non est, saltem abstractione praecisiva. Antecedens vero patet ex dictis, quia divina natura concipi non potest ut ens in potentia passiva, ut per se notum est, quia nihil in re recipit vere ac realiter, cum nihil habere possit a quo in re distinguatur. Nec etiam habet a quo recipiat, praesertim ipsum esse, quia nec ab alio (cum ipsa sit ante omnia), nec a se, cum esse actuale sit etiam primum omnium cuiuslibet dimanationis ad intra, quomodocumque cogitetur, ut ostensum est. Neque etiam concipi potest divina natura ut in potentia obiectiva, quomodo proprie dicitur essentia creaturae esse in potentia, ut abstrahit ab actuali existentia. Quod in divina natura non habet locum, nam haec potentia obiectiva dicitur respectu alicuius efficientis seu producentis; divina autem natura factibilis non est nec producibilis, neque ut talis concipi potest, alias non concipitur divina; ergo nec potest concipi ut entitas in potentia obiectiva. Solum ergo concipi potest ut entitas actualis, ac proinde ut essentialiter habens ipsum esse.

8. **Ex dictis ergo satis constat** non posse ita comparari *esse* ad essentiam Dei, sicut nunc comparatur Paternitas ad divinam naturam, de qua Paternitate verissime dicitur esse in re indistinctam ab illa natura, et immediate, intime ac per se esse illi coniunctam, et nihilominus non esse de essentia illius naturae, et secundum rationem concipi tanquam fluens ab illa, ut infra in tractatu de Trinitate ostendetur ac declarabitur. Ratio vero differentiae

eso no puede concebirse como manante sino de un ente real y actual. Que sea contradictorio concebir así la esencia divina respecto de su ser se prueba claramente, porque si esa esencia se concibe como entidad actual, ya se concibe como incluyéndose a sí misma en la naturaleza de las cosas. Es contradictorio, pues, concebir el ser de la naturaleza divina como fluyendo de la naturaleza divina; es necesario, por tanto, concebirlo como incluido esencialmente en ella misma, o —lo que es lo mismo— como constituyendo a esa naturaleza en la razón de tal esencia, lo cual es ser parte de su esencia.

7. **Otra razón.** De aquí se toma otra razón: es contradictorio concebir la naturaleza divina como potencial, o al modo de un ente en potencia, tal como se conciben las esencias de las criaturas; eso es señal, pues, de que incluye en su constitución esencial el ser actual mismo. La consecuencia es clara, porque cada esencia puede concebirse sin lo que no le es esencial, al menos por abstracción precisiva. El antecedente es patente por lo dicho, porque la naturaleza divina no puede concebirse como ente en potencia pasiva, lo cual es por sí evidente, ya que nada recibe verdadera y realmente, al no poder tener nada de lo que se distinga realmente. Ni tampoco tiene de quien recibir, especialmente el ser mismo, porque ni de otro (ya que ella misma es antes que todo), ni de sí misma, puesto que el ser actual es también lo primero de toda emanación hacia el interior, de cualquier modo que se la piense, como quedó mostrado. Tampoco puede concebirse la naturaleza divina como en potencia objetiva, que es el modo en que propiamente se dice que la esencia de la criatura está en potencia, en cuanto abstrae de la existencia actual. Esto no tiene lugar en la naturaleza divina, pues esa potencia objetiva se dice respecto de algún agente o productor; pero la naturaleza divina no es factible ni producible, ni puede concebirse como tal; de lo contrario no se concibe como divina. Por consiguiente, tampoco puede concebirse como entidad en potencia objetiva. Solo puede concebirse, pues, como

est, quia Paternitas non constituit illam naturam in sua entitate actuali. Unde concipi potest illa natura in re ipsa actu existens praecisa tali relatione, et ut prior illa. Imo potest illa natura secundum totam suam essentiam esse in aliqua persona, in qua non sit Paternitas, quod locum non haberet in ipso *esse* actualis existentiae talis naturae. Unde etiam constat illud *esse* naturae divinae non posse esse nisi absolutum quid, ac proinde essentiale, ut latius in dicto tomo I, III parte, tractavi.

9. **Ad aliam rationem respondetur** quod ex conceptione nostra per modum abstracti et concreti, vel cum praecisione quoad expressum modum concipiendi unius sub una ratione et non sub alia, non sequitur quod re ipsa unum non sit de essentia alterius, vel quod non includatur in essentia illius. Nam Deus et Deitas habent se ut abstractum et concretum; et tamen in re nihil includit unum quod non includat aliud, sed distinguuntur tantum ratione, ex modo concipiendi nostro: nam per unum modum concipitur expresse ut subsistens in tali natura, per alium tantum sub ratione naturae. Sic ergo se habent *esse* et essentia: nam sub conceptu essentiae concipitur sub ratione naturae non potentialis, sed actualis; sub ratione autem ipsius *esse* concipitur ut actus tantum, non quidem ut actus actuans aliud, sed ut actus simplex, qui per se actus quidam est. Unde si conciperentur haec ut divina et prout in se sunt, nullum esset in eis fundamentum ad formandos hos conceptus; tamen, quia in creaturis haec inveniuntur aliquo modo distincta, et nos concipimus divina instar eorum quae in nobis sunt, ideo illos diversos conceptus formamus in modo concipiendi distinctos, non vero quia aliquid in conceptu obiectivo unius includatur quod non includitur in alio.

10. **Ultima confirmatio** postulabat quaestionem aliam de divino *esse*, an

entidad actual, y por tanto como teniendo esencialmente el ser mismo.

8. De lo dicho queda suficientemente claro que el ser no puede compararse con la esencia de Dios del mismo modo en que la Paternidad se compara con la naturaleza divina. De esa Paternidad se dice con toda verdad que es indistinta en la realidad de esa naturaleza, que está unida a ella de modo inmediato, íntimo y por sí mismo, y que sin embargo no pertenece a la esencia de esa naturaleza y puede concebirse según la razón como fluyendo de ella, como se mostrará y explicará más adelante en el tratado sobre la Trinidad. La razón de la diferencia es que la Paternidad no constituye a esa naturaleza en su entidad actual. De ahí que esa naturaleza pueda concebirse en la realidad misma como actualmente existente prescindiendo de tal relación, y como anterior a ella. Es más, esa naturaleza puede estar en su totalidad esencial en alguna persona en la que no haya Paternidad, lo cual no sería el caso del ser de la existencia actual de tal naturaleza. De aquí queda también claro que ese ser de la naturaleza divina no puede ser sino algo absoluto y, por consiguiente, esencial, como traté más ampliamente en el citado tomo I, III parte.

9. A la otra razón se responde que del hecho de que en nuestra concepción algo se tome al modo de lo abstracto y lo concreto, o con precisión en cuanto al modo expreso de concebir uno bajo una razón y no bajo otra, no se sigue que en la realidad misma uno no pertenezca a la esencia del otro, ni que no esté incluido en su esencia. Pues Dios y la Deidad se tienen como abstracto y concreto, y sin embargo en la realidad ninguno incluye algo que no incluya el otro, sino que se distinguen solo por la razón, a partir de nuestro modo de concebir: pues por un modo se concibe expresamente como subsistente en tal naturaleza, por el otro solo bajo la razón de naturaleza. Así, pues, se tienen el ser y la esencia: pues bajo el concepto de esencia se concibe bajo la razón de

ex propria absoluta ratione sit tantum existentia, vel sit etiam per se subsistentia et illa ratione subsistentia, ita ut non minus sit essentialis Deo talis subsistentia quam existentia. Idemque posset dici de divino supposito, sicut tractatur a D. Thoma I p., q. 3, art. 3. Verumtamen, quia hoc spectat proprie ad mysterium Trinitatis, quod consistit in tribus suppositis increatis eiusdem divinae naturae, et modus subsistendi illius naturae essentialis non potest satis explicari sine personali, ideo haec omnia in ultimum tractatum huius partis reservamus. De distinctione autem naturae et suppositi, vel *esse* et essentiae in creaturis, quod solet hoc loco a theologis tractari, in proprio loco Metaphysicae disputatum a nobis est.

CAPUT III.

AN ESSENTIA DEI CONSISTAT IN SOLO ESSE, VEL QUID PROPRIE DEUS SIT?

1. Videntur interdum sacri theologi ita constituere essentiam Dei in ipso esse, ut nihil addendum putent per modum affirmationis ad explicandum, concipiendum et nostro modo describendum quid Deus sit, sed solam negationem esse addendam, quam explicamus cum dicimus esse non ab alio, vel esse a se, vel (quod perinde est) esse per essentiam. Hoc videtur posse sumi ex Divo Thoma 1 p., q. 13, art. 11, ubi ait ipsum "esse" magis proprie tribui Deo quam quodlibet aliud praedicatum: et quo illud est magis determinatum, eo magis deficere ab eo quod Deus est; ideoque ipsum esse indefinite et abstracte sumptum magis proprie explicare essentiam Dei. Adducitque in eam sententiam Damascenum, libro primo, cap. 12, dicentem ex omnibus nominibus significantibus Deum propriissimum esse nomen "Qui est". Universum enim (inquit) id quod est, tanquam

naturaleza no potencial sino actual; bajo la razón del ser mismo, en cambio, se concibe solo como acto, no ciertamente como acto que actualiza a otro, sino como acto simple, que por sí mismo es un cierto acto. De donde, si estas cosas se concibieran como divinas y tal como son en sí mismas, no habría en ellas fundamento para formar estos conceptos; pero como en las criaturas estas cosas se encuentran de algún modo distintas, y nosotros concebimos las cosas divinas a semejanza de las que hallamos en nosotros, por eso formamos esos diversos conceptos distintos en el modo de concebir, no porque algo esté incluido en el concepto objetivo de uno que no esté incluido en el del otro.

10. La última confirmación reclamaba otra cuestión sobre el ser divino: si por su propia razón absoluta es solo existencia, o si es también subsistencia por sí misma y en esa razón subsistencia, de tal modo que esa subsistencia no sea menos esencial a Dios que la existencia. Lo mismo podría decirse sobre el supuesto divino, como lo trata Santo Tomás en la I parte, cuestión 3, artículo 3. Sin embargo, como esto pertenece propiamente al misterio de la Trinidad, que consiste en tres supuestos increados de la misma naturaleza divina, y el modo de subsistir de esa naturaleza esencial no puede explicarse suficientemente sin el personal, reservamos todo esto para el último tratado de esta parte. En cuanto a la distinción entre naturaleza y supuesto, o entre ser y esencia en las criaturas, que suele ser tratada en este lugar por los teólogos, nosotros la hemos disputado en el lugar propio de la Metafísica.

CAPÍTULO III.

immensum quoddam et infinitum essentiae pelagus complexu suo continet. Sic etiam Hieronimus in id ad Ephes. 3, ex quo omnis Paternitas, etc. ait Deum usurpasse sibi "esse" tanquam proprium, quia solus ipse a se est. Augustinus vero lib. 12 De Civitate, cap. 2, ait illo verbo declaratum esse in Deo esse summam essentiam, quae est ipsum esse non participatum ab alio. Ac denique Bernardus, lib. 5 De consid., cap. 6, ait: si interrogas de Deo quis est? non occurrit melius: Qui est. Nempe hoc est ei esse quod haec omnia esse; si et centum talia addas non recessisti ab esse; si ea dixeris nihil addidisti; si non dixeris nihil minuisti. Denique hoc est quod Dionysius dixit cap. 2 et 5 De divin. nom.: Deum in una existentia omnia praehabere.

2. Secunda probatio. — Explicantur variae compositiones. — Secundo probari hoc potest sistendo in negatione quam dicit simplicitas, et discurrendo per omnes modos compositionis substantialis, de qua sola nunc agimus; nam si ostenderimus nullum eorum cadere posse in Deum, satis probatum erit Deum esse substantiam omnino simplicem. Ad probandam autem inductionem illam satis erit discurrere per omnes compositiones quae in substantiis creatis inveniuntur; nam novam fingere eamque Deo tribuere chimericum esset et fictum, et ideo contemnendum est. Praeterquam quod rationes quibus excluduntur verae compositiones, convincunt nullam excogitari posse quae imperfectionem Deo repugnantem non includat.

3.Prima ergo compositio in substantiis invenitur ex "esse" et "essentia", quae suo modo etiam convenit accidentibus. Et quanquam de modo compositionis hujus in creaturis magna opinionum varietas sit, ut in disp. 31 Metaphysicae diximus; tamen in hoc omnes

"perfectísima", no podemos explicar este superlativo sino por la negación de otro viviente superior o igual en la perfección de tal vida. Y así, Dios siempre es conocido por negación. Por lo cual dijo Dionisio, en los caps. 2 y 7 de Sobre los nombres divinos que [Dios] está por encima de la sustancia y por encima del conocimiento. Así también, en el capítulo primero y en el 5 de Teología Mística, dijo que el conocimiento de Dios por negación es más perfecto, porque ciertamente se hace más propio de Dios; pues si no se añade la negación, lo que se concibe como positivo es siempre común [a otros entes], si se permanece precisamente en lo positivo. Pues, por orden a la negación, entendemos también que aquella perfección singular en tal o cual predicado es positiva en Dios, aunque por nosotros, tal como es en sí, no pueda ser explicada sino por negación. Y de este modo explican los Santos qué es Dios, como puede verse en el citado Dionisio, y en Agustín, libro 5 de La Trinidad, cap. 1, y en el tratado 23 sobre Juan.

CAPÍTULO IV.

SI LA ESENCIA DIVINA ES UNA SUSTANCIA TOTALMENTE SIMPLE, DE TAL MODO QUE NO ADMITA NINGUNA COMPOSICIÓN SUSTANCIAL.

1. Conclusión. — Se prueba primero. — Esta cuestión puede resolverse fácilmente desde los principios sobrenaturales; y según los principios naturales, fue tratada extensamente en la disputa 30 de la Metafísica. Decimos, pues, que la naturaleza y sustancia divina es totalmente simple. Lo cual es de fe, definido en estos términos en el Concilio Letranense, en los capítulos Firmiter y Damnamus, citados a menudo; y en el

conveniunt: quod ad talem compositionem necessarium est ut esse (actualis existentia) non conveniat essentiae creatae ex intrinseca quidditate sua, ita ut illam a se habeat et non ab alio. Nam ubi essentia ex se habet esse, esse est de intrinseca quidditate ejus; unde nec cogitatione apprehendi potest quod compositionem cum illa faciat. Ita vero se habet esse ad essentiam Dei, ut ostendimus, et ideo talis compositio in Deo locum non habet. Itaque compositio haec secum affert ad minimum duas imperfectiones: una est ut essentia ex se sit ens potentiale tantum; alia est ut in ratione entitatis actualis necessario pendeat ab alio dante illi esse. Quae duo evidentissime repugnant primo enti.

4. Secunda compositio est ex "natura" et "supposito", quae est communis omnibus substantiis creatis et magis realis quam prior, ut disp. 34 Metaphysicae late tractatum est. A divina autem substantia excluditur talis compositio, quia ut est esse omnino absolutum, essentialiter subsistit. Quia illud "esse" quod essentialiter [est], etiam est "esse subsistens", quia est perfectissimum; et perfectius est esse subsistens quam non subsistens, ut per se notum est. Si autem comparetur illa absoluta Dei substantia ad relationem, jam consideratio illa pertinet ad mysterium Trinitatis, non ad unitatem Dei, sub qua ratione nunc de illo tractamus. Veritas autem catholica est etiam hoc modo essentiam non facere compositionem cum relationibus, quam ex principiis fidei infra tractatu ultimo ostendemus. Nunc solum assero illam compositionem excludi posse duplici titulo. Primo ex quadam generali ratione ob quam compositio repugnat Deo, scilicet quia compositio supponit limitationem in extremis componentibus; sed haec limitatio repugnat Deo, ergo. Major declaratur, quia compositio supponit

Concilio de Reims contra Gilberto de la Porrée, como mostraremos más adelante en la materia de la Trinidad. No es necesario referir ahora más cosas de la Escritura y de los Padres, además de las que se deben decir abajo sobre los atributos y las que tocaremos en el siguiente discurso. Pues esta verdad puede declararse de dos modos, los cuales toqué en la mencionada disputa 30 de la Metafísica, sección 3. Uno, y breve, se toma de la perfección misma de la simplicidad. Pues aunque sea verdadera la opinión de Cayetano de que la simplicidad por sí misma no añade perfección a la cosa, porque consiste en una negación (como dije en ese mismo lugar), sin embargo no puede dudarse que, a igualdad de condiciones, es mejor tener toda la perfección de una cosa en una entidad simple que a partir de la unión de varios elementos. Por tanto, la simplicidad circunscribe por sí misma un modo de ser más perfecto; luego tal modo de entidad debe atribuirse a Dios, porque debe atribuírsele todo lo que es más perfecto. Lo cual mostré y declaré más ampliamente en aquel lugar.

2. Segunda prueba. — Se explican las diversas composiciones. — En segundo lugar, esto puede probarse deteniéndose en la negación que expresa la simplicidad, y recorriendo todos los modos de composición sustancial, de la cual sola tratamos ahora; pues si mostramos que ninguno de ellos puede recaer en Dios, quedará suficientemente probado que Dios es una sustancia totalmente simple. Para probar tal inducción bastará recorrer todas las composiciones que se encuentran en las sustancias creadas; pues fingir una nueva y atribuírsela a Dios sería algo quimérico y ficticio, y por tanto debe ser despreciado. Además de que las razones por las cuales se excluyen las composiciones verdaderas, convencen de que no puede pensarse ninguna que no incluya una imperfección incompatible con Dios.

distinctionem in re; distinctio autem non est nisi ob limitationem vel oppositionem, ex quibus illa quae est per oppositionem extremorum habet locum intra Deum, sed non est apta ad compositionem, quia opposita, ut sic, non uniuntur inter se, licet in uno tertio possint esse idem, ut infra de relationibus divinis dicemus. Distinctio autem inter extrema non opposita non habet locum intra Deum, quia talia extrema sunt limitata ac proinde imperfecta. Alia ratio valde propria est, quia cum natura divina sit essentialiter subsistens, non potest uniri personalitati distinctae ab illa, et ita solum potest esse in persona sua per identitatem cum illa, ut dicto loco latius dicemus. Unde obiter intelligitur in hoc puncto magis agendum esse supernaturali discursu, seu ex principiis creditis quam naturali, ut in disp. 30 Metaphysicae, sect. 4 dixi, ubi satis declaratum est quantum in hoc valeat ratio naturalis.

5. Tertia compositio. — Tertia compositio realis esse solet in substantiis ex partibus integralibus. Et haec solum invenitur in substantiis corporeis et quantis. Unde cum supra ostensum sit Deum non posse esse substantiam corpoream, satis constat non posse habere compositionem hanc ex partibus integralibus. Accedit quod haec compositio (juxta veriorem doctrinam) supponit compositionem ex materia et forma, quam in Deo esse statim ostendemus. Imo licet daremus substantiam non compositam ex essentiali potentia et actu, sed simplicem quoad negationem hujus compositionis, posse esse compositam ex partibus integrantibus, non posset talis modus substantiae Deo attribui. Quia vel talis substantia esset capax extensionis quantitatis, vel non. Si primum dicatur, esset tota corporea, et ex hoc capite repugnaret Deo. Immo esset minus perfecta quam substantia hominis, quae non est tota sic extensa et corporea, sed formam

3. La primera composición, por tanto, se encuentra en las sustancias entre el "ser" (esse) y la "esencia", la cual a su modo también conviene a los accidentes. Y aunque sobre el modo de esta composición en las criaturas haya una gran variedad de opiniones (como dijimos en la disp. 31 de la Metafísica), todos coinciden en esto: que para tal composición es necesario que el ser (la existencia actual) no convenga a la esencia creada por su quiddidad intrínseca, de tal manera que la tenga de sí misma y no de otro. Pues donde la esencia tiene el ser por sí misma, el ser pertenece a su quiddidad intrínseca; por lo cual ni siquiera con el pensamiento puede aprehenderse que forme una composición con ella. Ahora bien, de tal modo se relaciona el ser con la esencia de Dios, según hemos mostrado, que por ello tal composición no tiene lugar en Dios. Así pues, esta composición trae consigo al menos dos imperfecciones: una es que la esencia sea por sí misma solo un ente potencial; la otra es que, en razón de su entidad actual, dependa necesariamente de otro que le da el ser. Estas dos cosas son evidentemente repugnantes al primer ente.

4. La segunda composición es entre la "naturaleza" y el "supuesto" (la persona), la cual es común a todas las sustancias creadas y es más real que la anterior, como se trató largamente en la disp. 34 de la Metafísica. Pero de la sustancia divina se excluye tal composición porque, al ser el ser del todo absoluto, subsiste esencialmente. Porque aquel ser que es esencialmente, es también "ser subsistente", por ser lo más perfecto; y es más perfecto ser subsistente que no subsistente, como es evidente por sí mismo. Si, por otra parte, se compara esa sustancia absoluta de Dios con la relación, esa consideración pertenece ya al misterio de la Trinidad y no a la unidad de Dios, bajo cuya razón lo tratamos ahora. Sin embargo, la verdad católica es que, incluso de este modo, la esencia no forma composición con las relaciones, lo cual mostraremos desde los principios de la fe más adelante, en el último tratado. Por ahora solo afirmo que esa

habet spiritualem. Item talis substantia non posset esse intellectualis, ut in libris De Caelo ostensum est. Si vero fingatur substantia habens partes integrantes, et non subjecta moli quantitatis nec capax extensionis ejus, sed solum habens ex se entitativam et substantialium partium multiplicationem, haec fictio chimerica est et in se impossibilis, et plane involvens multas imperfectiones repugnantes Divinitati, ut dicta disp. 30 Metaphysicae, sect. 4, num. 16 ostendi, quod hic repetere non est necesse. Praesertim quia non legimus aliquem, vel gentilem vel haereticum, ita sensisse de Deo; ut ex principiis fidei certissimum est hunc substantiae modum esse repugnantem Divinitati. Unde Patres omnes tractantes de generatione Verbi Divini, ut evidentissimum supponunt non potuisse Patrem communicare substantiam suam Filio nisi communicando totam, quia substantia illa non habet partes.

5 bis. Quarta compositio. — Quarta compositio est ex materia et forma. Et haec, si intelligatur de materia nobis nota, involvit imperfectionem corporeae molis, de qua satis dictum est. Si autem fingatur ex alio genere materiae non subjectae quantitati nec capacis ejus, ac proinde spiritualis et indivisibilis quoad partes integrantes; dicimus in primis hoc genus materiae substantialis vel esse omnino impossibile, vel esse fictum sine fundamento, quia neque ex operatione colligi potest, neque ad operationem potest deservire. Et alioqui talis substantia haberet imperfectionem potentiae passivae, et de se non haberet esse perfectum sed dependens a forma, ut latius dicta sect. 4 a num. 8 ostendi.

6. Substantia Dei est entitas simplex. — Ex hac ergo inductione aperte concluditur substantiam Dei esse entitatem simplicem quoad carentiam realis compositionis, ex

composición puede ser excluida por un doble título. Primero, por una cierta razón general por la cual la composición repugna a Dios, a saber, porque la composición supone limitación en los extremos componentes; pero esta limitación repugna a Dios, luego [la composición le repugna]. La premisa mayor se declara porque la composición supone distinción en la realidad; y no hay distinción sino por limitación o por oposición. De estas, la que es por oposición de los extremos tiene lugar dentro de Dios [en la Trinidad], pero no es apta para la composición, porque los opuestos, como tales, no se unen entre sí, aunque en un tercero puedan ser lo mismo, como diremos más adelante sobre las relaciones divinas. En cambio, la distinción entre extremos no opuestos no tiene lugar dentro de Dios, porque tales extremos son limitados y, por tanto, imperfectos. Otra razón muy propia es que, siendo la naturaleza divina esencialmente subsistente, no puede unirse a una personalidad distinta de ella misma, y así solo puede estar en su persona por identidad con ella, como diremos más largamente en dicho lugar. De donde se entiende de paso que en este punto se debe proceder más por un discurso sobrenatural —es decir, desde principios creídos— que por uno natural, como dije en la disp. 30 de la Metafísica, sección 4, donde quedó suficientemente declarado cuánto vale en esto la razón natural.

5. Tercera composición. — La tercera composición real suele darse en las sustancias a partir de sus partes integrantes. Y esta solo se encuentra en las sustancias corpóreas y cuantitativas. Por lo cual, habiéndose mostrado arriba que Dios no puede ser una sustancia corpórea, consta suficientemente que no puede tener esta composición de partes integrantes. Se añade que esta composición (según la doctrina más verdadera) presupone la composición de materia y forma, cuya ausencia en Dios mostraremos enseguida. Es más, aun si concediéramos que una sustancia no compuesta de potencia y acto esenciales, sino simple en cuanto a la negación de esta composición, pudiera estar compuesta

quocumque genere partialium entitatum, seu actus et potentiae substantialis, in re ipsa distinctorum. Et generaliter confirmari potest ex illo principio: quod divina substantia debet esse omnino necessaria, et ita ab intrinseco immutabilis substantialiter, ut ex vi sui esse implicet contradictionem non esse. At substantia realiter composita non potest esse talis. Quia, ut recte dixit Nazianzenus orat. 2 De Theolog.: eo ipso quod substantia coalescit ex multis, non repugnat dissolvi. Quamvis enim philosophi doceant caeli substantiam esse incorruptibilem, licet composita sit ex materia et forma, et angelos esse incorruptibiles etiamsi compositi sint ex natura et supposito, et esse et essentia; nihilominus verissimum est per se et intrinsece non repugnare illam compositionem dissolvi, et angelos annihilari, vel privari sua personalitate, et materiam ac formam caeli distingui, et partes integrales caeli dividi; et in universum idem mens concipit in omni re quae coalescit ex multis, nimirum quod ex parte objecti non repugnet illa dissolutio.

7. **Effugium. — Objectioni occurritur.** — Video posse protervum respondere intelligi.posse entitatem compositam ita per se necessariam, ut et partes et unio earum habeant eandem necessitatem essendi ex se, et non ex causa extrinseca; et inde in earum dissolutione esse posse omnimodam impossibilitatem. Alioquin uniones, quantumvis ex parte sua videantur perpetuae, tamen quatenus pendent a causa extrinseca efficiente, eatenus non repugnat dissolvi. At posita unione per se necessaria sine causa efficienti, compositum ex illa tam necessarium erit sicut entitas omnino simplex. Quod si objiciatur quia illa unio necessario penderet a partibus componentibus, et consequenter etiam totum penderet ex illis, et una pars ab alia, quia non posset esse sine illa, et consequenter utramque a toto

de partes integrantes, tal modo de sustancia no podría atribuirse a Dios. Porque, o bien tal sustancia sería capaz de extensión cuantitativa, o no. Si se dice lo primero, sería totalmente corpórea, y por esta razón repugnaría a Dios. Más aún, sería menos perfecta que la sustancia del hombre, que no es toda ella así extendida y corpórea, sino que tiene una forma espiritual. Asimismo, tal sustancia no podría ser intelectual, como se muestra en los libros Sobre el Cielo. Si, por el contrario, se fingiera una sustancia que tuviera partes integrantes pero no estuviera sujeta a la mole de la cantidad ni fuera capaz de su extensión, sino que solo tuviera en sí misma una multiplicación entitativa de partes sustanciales, tal ficción sería quimérica e imposible en sí misma, y claramente envolvería muchas imperfecciones repugnantes a la Divinidad, como mostré en la citada disp. 30 de la Metafísica, sección 4, número 16, lo cual no es [necesario] repetir aquí necesario. Sobre todo porque no leemos que nadie, ni gentil ni hereje, haya pensado de tal modo sobre Dios; y es certísimo por los principios de la fe que este modo de sustancia repugna a la Divinidad. Por lo cual todos los Padres, al tratar de la generación del Verbo Divino, suponen como algo evidentísimo que el Padre no pudo comunicar su sustancia al Hijo sino comunicándola toda entera, porque esa sustancia no tiene partes.

5 bis. Cuarta composición. — La cuarta composición es de materia y forma. Y esta, si se entiende referida a la materia que conocemos, involucra la imperfección de la mole corpórea, de la cual ya se ha dicho suficiente. Pero si se fingiera otra clase de materia no sujeta a la cantidad ni capaz de ella —y por tanto espiritual e indivisible en cuanto a sus partes integrantes—, decimos en primer lugar que este género de materia sustancial o es del todo imposible, o es una ficción sin fundamento, porque ni puede deducirse de la operación [del ser], ni puede servir para la operación. Y, por lo demás, tal sustancia tendría la imperfección de la potencia pasiva, y no tendría de

sine quo esse non posset; responderi posset hanc non esse propriam dependentiam, sed connexionem intrinsecam et quasi formalem, sine ulla efficientia, ac proinde nihil illam obstare necessitati essendi. Sed in primis illa met interna dependentia est magna imperfectio. Deinde intelligi non potest quod pars illa saltem potentialis ex se habeat esse, quia necessitas essendi a se formaliter dicit summam actualitatem et perfectionem, ut ostensum est late in dicta disput. 30, sect. 4. Unde etiam repugnat talem potentiam ex se habere unionem cum suo actu, sed necesse est ut illam habeat vel a causa extrinseca, et ita non repugnabit per eamdem causam dissolvi et separari; vel certe ab ipso actu sese unienti sua virtute tali potentiae, et sic ille erit causa prior, et erit Deus, et non tale compositum. Repugnat ergo Deum habere in sua substantia realem compositionem.

8. Difficultas. — Animadversio. — Hic vero occurrebat quaestio: an saltem possit Deus habere compositionem rationis in substantia sua, qualis est illa quae est ex genere et differentia. Verumtamen de hac quaestione nihil hic tractare decrevi. Tum quia quae dixi in dicta disput. 30, sect. 4 a nu. 28 usque ad 35, videntur mihi sufficere; tum etiam quia pendet magis ex principiis dialecticis et metaphysicis quam ex theologicis. Adverto tamen supernaturalem theologiam admittere in Deo constitutionem aliquam per modum compositionis secundum rationem, ut tractando de constitutione personarum in Trinitate videbimus. Unde etiam constat distinctionem, quae tantum rationis est, non repugnare simplicitati Dei; ergo nec compositio per solam rationem ex suo genere illi repugnabit. Nam hic duo mutuo sibi correspondent. Unde ergo constat, compositionem ex genere et differentia, si Deo repugnat, non repugnare solum ratione simplicitatis, quae non repugnat ex vi

suyo un ser perfecto sino dependiente de la forma, como mostré más largamente en la citada sección 4, desde el número 8.

7. La sustancia de Dios es una entidad simple. — De esta inducción, por tanto, se concluye claramente que la sustancia de Dios es una entidad simple en cuanto a la carencia de composición real, de cualquier género de entidades parciales, o de acto y potencia sustancial, distintos en la realidad misma. Y puede confirmarse generalmente por aquel principio: que la sustancia divina debe ser del todo necesaria y, por tanto, intrínsecamente inmutable en lo sustancial, de modo que por la fuerza de su ser implique contradicción el no existir. Pero una sustancia realmente compuesta no puede ser tal. Porque, como rectamente dijo el Nacianceno en la Oración 2 sobre la Teología: por el hecho mismo de que una sustancia se forma de muchos elementos, no es contradictorio que se disuelva. Pues aunque los filósofos enseñen que la sustancia del cielo es incorruptible, a pesar de estar compuesta de materia y forma, y que los ángeles son incorruptibles, aunque estén compuestos de naturaleza y supuesto, y de ser y esencia; no obstante, es verisísimo que, de suyo e intrínsecamente, no es contradictorio que esa composición se disuelva, y que los ángeles sean aniquilados o privados de su personalidad, y que la materia y la forma del cielo se separen, y las partes integrales del cielo se dividan; y, en general, la mente concibe lo mismo en toda cosa que se forma de muchos elementos: a saber, que por parte del objeto esa disolución no es contradictoria.

8. Subterfugio y respuesta a la objeción. — Veo que alguien obstinado podría responder que se entiende que una entidad compuesta sea de tal modo necesaria por sí misma que tanto las partes como su unión tengan la misma necesidad de existir por sí y no por una causa extrínseca; y que, por tanto, en la disolución de estas pueda haber una imposibilidad absoluta. De lo contrario,

las uniones, por más que por su parte parezcan perpetuas, en la medida en que dependen de una causa eficiente extrínseca, en esa misma medida no es contradictorio que se disuelvan. Pero supuesta una unión necesaria por sí misma sin causa eficiente, el compuesto resultante de ella será tan necesario como una entidad del todo simple. Y si se objetara que aquella unión dependería necesariamente de las partes componentes y, por consiguiente, también el todo dependería de ellas, y una parte de la otra (pues no podría existir sin ella), y consecuentemente ambas del todo (sin el cual no podrían ser); podría responderse que esta no es una dependencia propia, sino una conexión intrínseca y casi formal, sin eficiencia alguna, y que por tanto en nada obstaculiza a la necesidad del ser. Pero, en primer lugar, esa misma dependencia interna es una gran imperfección. Además, no puede entenderse que esa parte, al menos la potencial, tenga el ser por sí misma, porque la necesidad de existir por sí dice formalmente suma actualidad y perfección, como se mostró largamente en la citada disputa 30, sección 4. Por lo cual también es contradictorio que tal potencia tenga por sí misma la unión con su acto, sino que es necesario que la tenga o de una causa extrínseca (y así no será contradictorio que por esa misma causa se disuelva y separe), o ciertamente del mismo acto que se une por su propia virtud a tal potencia, y entonces este será la causa anterior y será Dios, y no tal compuesto. Repugna, pues, que Dios tenga en su sustancia una composición real.

8. **Dificultad. — Observación**. — Aquí se presentaba la cuestión de si al menos Dios puede tener en su sustancia una composición de razón, como es la que consta de género y diferencia. Sin embargo, he decidido no tratar nada aquí sobre esta cuestión. Tanto porque lo que dije en la mencionada disputa 30, sección 4, desde el número 28 hasta el 35, me parece suficiente; como también porque depende más de principios dialécticos y metafísicos que de teológicos. Advierto, no obstante, que

compositionis secundum rationem. Oportet ergo, ut repugnet ex aliis principiis pertinentibus ad talem modum compositionis, quae philosophica tantum esse possunt.

9. Notabile proponitur. — In quo etiam aliud adverto, scilicet: duobus modis posse tractari quaestionem illam. Primo de genere communi Deo et creaturis, et differentia distinguente Deum a creaturis; ita ut descriptio data a nobis capite praecedenti ("Deum esse substantiam viventem intellectualem per essentiam") proprie censeatur constare ex genere et differentia. Secundo potest tractari dicta quaestio de Deo intra seipsum. Priori modo tractata est a nobis quaestio citato loco, sicut communiter tractatur. Et sic diximus Deum non convenire in genere aliquo cum creaturis, nec differre ab illis per differentiam propriam, et ita in se non constare genere et differentia. Ratio autem sufficiens est pro priori parte: quia nihil est univocum Deo et creaturis, ut in eadem Metaphysicae, disp. 28, latius diximus. Pro altera vero parte ratio est: quia in Deo nulla est propria differentia quae non includat totam perfectionem essentialem Dei (quod est late probandum in sequentibus); hoc autem est contra rationem differentiae, ut ex Metaphysica etiam constat.
Aliter vero quaestionis sensus non habet locum stando in sola ratione naturali: quia Deus, ut Deus est, multiplicari non potest, sed essentialiter est hic singularis Deus; et ideo concipi non potest vero conceptu communi et universali, quare non potest in eo esse genus vel species in ordine ad Deum vel plures deos. Tamen supposito mysterio Trinitatis, possunt dari conceptus communes secundum rationem tribus personis, non ut sunt Deus, sed ut sunt personae vel relationes; et hoc modo habet locum quaestio an intra Deum sit compositio generis et

differentiae, quam attingemus tractantes de Trinitate.

CAPUT V.

SITNE DEUS ITA SIMPLEX, UT IN COMPOSITIONEM VENIRE NON POSSIT.

1. Sensus quaestionis aperitur. — Error Deum animam universi constituentium. — Non tractamus de compositione cum accidentibus (nam de hoc postea dicemus, ostendemusque in Deo non esse accidentia, ac subinde nec compositionem cum illis. Proponitur ergo haec quaestio praecipue propter infideles qui dixerunt Deum esse animam aut formam mundi, ut retuli dicta disputatione trigesima, sect. 4, num. 14, ubi aliquos gentiles et haereticos citavi. Quibus addi possunt Gnostici asserentes animarum substantias esse Dei naturam, quos secuti sunt Priscillianistae dicentes animam hominis esse ejusdem substantiae et naturae cujus est Deus, ut Augustinus refert libro De haeres., haer. 6 et 70.

2. Quid de hoc errore senserit Concilium Lateranense et Leo Primus. — De hujusmodi autem errore dixit recte Concilium Lateranense in cap. Damnamus, damnans Almericum: non tam continere doctrinam haereticam quam insanam. Leo autem Primus, Epistol. 91 (alias 93) ad Turribium, cap. 5, agens specialiter contra Priscillianistas, vocat illam doctrinam impiam, et ex philosophorum quorumdam et Manichaeorum opinione manantem, quam catholica fides damnat, sciens nullam tam sublimem tamque praecipuam esse facturam cui Deus ipse natura sit, id est: cujus Deus sit essentia, vel tota, vel essentialis pars; hoc enim totum proprie natura vocatur, ut ex Aristotele habetur 2 Phys. et 5 Metaphys. Augustinus vero supra

la teología sobrenatural admite en Dios una cierta constitución a modo de composición según la razón, como veremos al tratar de la constitución de las personas en la Trinidad. De donde también consta que la distinción que es solo de razón no repugna a la simplicidad de Dios; por tanto, tampoco le repugnará la composición por sola razón, considerada en su género. Pues aquí dos cosas se corresponden mutuamente. De donde consta, por tanto, que la composición de género y diferencia, si repugna a Dios, no repugna solamente por razón de la simplicidad (la cual no repugna por la fuerza de una composición según la razón). Es necesario, por tanto, que repugne por otros principios pertenecientes a tal modo de composición, los cuales solo pueden ser de orden filosófico.

9. Observación notable. — Sobre lo cual advierto también otra cosa, a saber: que esa cuestión puede tratarse de dos modos. Primero, sobre un género común a Dios y a las criaturas, y una diferencia que distinga a Dios de las criaturas; de suerte que la descripción dada por nosotros en el capítulo precedente ("que Dios es una sustancia viviente intelectual por esencia") se considere propiamente que consta de género y diferencia. Segundo, puede tratarse dicha cuestión sobre Dios dentro de sí mismo. Del primer modo fue tratada por nosotros la cuestión en el lugar citado, tal como se trata comúnmente. Y así dijimos que Dios no coincide en género alguno con las criaturas, ni difiere de ellas por una diferencia propia, y por tanto no consta en sí mismo de género y diferencia. La razón suficiente para la primera parte es que nada es unívoco entre Dios y las criaturas, como dijimos más largamente en la misma Metafísica, disp. 28. Para la otra parte, la razón es que en Dios no hay ninguna diferencia propia que no incluya toda la perfección esencial de Dios (lo cual ha de probarse extensamente en lo que sigue); y esto va contra la noción de diferencia, como también consta por la Metafísica.

vocat talia dogmata "fabulosissimis plena figmentis". Sacra ergo doctrina hujusmodi fabulas detestatur. Quamvis enim in Scriptura non sint testimonia quae contra hos errores expresse et in particulari loquantur, tamen in generali tam excelsum et superiorem rebus omnibus creatis praedicat Deum, ut evidens sit illam imperfectionem informandi corpora vel componendi essentiam creatam Deo repugnare.

3. Impugnatur hic error. — Solet autem hic error hoc modo impugnari: quia si Deus esset forma corporis, totum compositum esset perfectius Deo, quia totum melius est sua parte; sed constat nihil posse esse perfectius Deo, ergo. Ad hanc vero rationem dici posset: compositum esse perfectius extensive, non intensive ipsa forma, quando forma est perfecta et eminenter continet ipsam materiam. Sicut Christus, ut homo, non est perfectior intensive quam Verbum, licet extensive dici possit perfectior. Contra hoc vero induci potest prima ratio Divi Thomae 1 part., quaest. 3, art. 8: quia si Deus eminenter continet omnia, est causa efficiens omnium; non ergo potest esse forma, quia forma et efficiens non coincidunt in idem numero.

4. Bifariam intelligi potest Deum componere aliam substantiam. — Ut autem haec veritas et ratio ejus evidentior fiat et distinctius intelligatur doctrina fidei, notare oportet duobus modis posse intelligi Deum informare materiam vel componere aliam substantiam: uno modo connaturaliter, alio modo liberaliter (ut sic dicam), ex gratia et absoluta potentia. Sicut de unione hypostatica dicimus: licet Deus connaturaliter nullius naturae sit hypostasis, nihilominus ex gratia et dignatione fieri potuisse. Hoc ergo est in fide certissimum et in ratione evidentissimum, Deum non posse esse connaturalem formam vel partem alicujus essentiae. Hoc enim

De otro modo, el sentido de la cuestión no tiene lugar permaneciendo en la sola razón natural: porque Dios, en cuanto es Dios, no puede multiplicarse, sino que esencialmente es este Dios singular; y por ello no puede ser concebido mediante un concepto verdadero, común y universal, por lo cual no puede haber en Él género o especie en orden a Dios o a varios dioses. Sin embargo, supuesto el misterio de la Trinidad, pueden darse conceptos comunes según la razón a las tres personas, no en cuanto son Dios, sino en cuanto son personas o relaciones; y de este modo tiene lugar la cuestión de si dentro de Dios hay composición de género y diferencia, la cual tocaremos al tratar de la Trinidad.

CAPÍTULO V.

SI DIOS ES TAN SIMPLE QUE NO PUEDA ENTRAR EN COMPOSICIÓN.

1. Se explica el sentido de la cuestión. — El error de quienes constituyen a Dios como alma del universo. — No tratamos aquí de la composición con los accidentes (pues de esto hablaremos después, y mostraremos que en Dios no hay accidentes, y por consiguiente tampoco composición con ellos. Se propone, pues, esta cuestión principalmente por causa de los infieles que dijeron que Dios es el alma o la forma del mundo, como referí en la mencionada disputa trigésima, sección 4, número 14, donde cité a algunos gentiles y herejes. A estos pueden añadirse los gnósticos, que afirmaban que las sustancias de las almas son la naturaleza de Dios; a quienes siguieron los priscilianistas diciendo que el alma del hombre es de la misma sustancia y naturaleza que Dios, como refiere Agustín en el libro Sobre las herejías, haer. 6 y 70.

2. Qué sintieron sobre este error el Concilio Letranense y León I. — Sobre este tipo de error dijo rectamente el Concilio Letranense en el capítulo Damnamus,

convincitur ex excellentia perfectionis Dei; nam esse hoc modo partem substantiae est magna imperfectio. Quia talis pars incompleta substantia est, quoniam ex sua natura ordinatur ad componendum aliud; at substantia incompleta, ut ipsum nomen prae se fert, imperfecta est; Deus autem esse debet optima et perfectissima substantia. Praeterea substantia quae ex sua natura est pars, non habet statum connaturalem nisi componendo aliud et comprehenditur in illo toto cujus est pars ita, ut non sit extra illud; pendet etiam aliquo modo in suis operationibus ab illo toto vel ab alia parte. Haec autem omnia magnae imperfectionis sunt. Praeterea ad hoc est optima tertia ratio D. Thomae supra: quod nulla substantia natura sua partialis potest esse primum ens, quia vel est ens potentiale, vel per participationem.

5. Denique ad hoc probandum est optima illa ratio: quod totum est perfectius sua parte. Unde si Deus esset forma connaturalis alicujus corporis vel materiae aut potentiae receptivae, quacunque ratione illa fingatur, potius ipsum compositum esset Deus quam talis forma. Interrogo enim an altera pars componens sit ex se, vel ex Deo; si ex se, ex se etiam habebit perfectionem quae non esset in alia parte, nec formaliter (ut supponitur), nec eminenter, quia non potest ab illa fieri, cum sit tam ex se ens sicut illa. Si autem dicatur Deum esse quidem formam natura sua postulantem aliquam potentiam quam informet, et nihilominus habere vim ad fabricandum sibi corpus seu potentiam cui uniatur propria etiam virtute, et ideo continere in se totam illam perfectionem eminenter, nec esse minus perfectum quam ipsum compositum.

6. Contra hoc est: quia vel illa formatio seu fabricatio proprii corporis est voluntaria et libera, et sic

condenando a Amaury [de Bène]: que su doctrina no contenía tanto una enseñanza herética como insana. Por su parte, León I, en la Epístola 91 (antes 93) a Toribio, cap. 5, tratando especialmente contra los priscilianistas, llama a esa doctrina impía y emanada de la opinión de ciertos filósofos y de los maniqueos, la cual la fe católica condena, sabiendo que no existe criatura tan sublime ni tan excelente para la cual Dios mismo sea su "naturaleza", esto es: de la cual Dios sea su esencia, ya sea toda ella o una parte esencial; pues todo esto es lo que propiamente se llama "naturaleza", según se tiene de Aristóteles en el libro 2 de la Física y el 5 de la Metafísica. Agustín, por su parte, llama a tales dogmas "llenos de ficciones fabulosísimas". La sagrada doctrina, por tanto, detesta tales fábulas. Pues aunque en la Escritura no existan testimonios que hablen contra estos errores de forma expresa y particular, sin embargo, predica a Dios en general como tan excelso y superior a todas las cosas creadas que resulta evidente que aquella imperfección de informar cuerpos o componer una esencia creada repugna a Dios.

3. Se impugna este error. — Suele impugnarse este error de este modo: porque si Dios fuera la forma de un cuerpo, el todo compuesto sería más perfecto que Dios, ya que el todo es mejor que su parte; pero consta que nada puede ser más perfecto que Dios, luego [no es forma]. Frente a esta razón podría decirse: que el compuesto es más perfecto extensivamente, pero no intensivamente que la forma misma, cuando la forma es perfecta y contiene eminentemente a la materia misma. Del mismo modo que Cristo, en cuanto hombre, no es más perfecto intensivamente que el Verbo, aunque extensivamente pueda decirse que es más perfecto. Contra esto, sin embargo, puede aducirse la primera razón de Santo Tomás en la 1ª parte, cuestión 3, art. 8: porque si Dios contiene todas las cosas eminentemente, es la causa eficiente de todas; por tanto, no puede ser

posset simpliciter non esse, et Deus posset carere suo naturali corpore et esse in praeternaturali statu. Vel est naturalis et necessaria operatio et emanatio; et hoc est in primis contra perfectionem Dei, quod aliquid distinctum realiter ab ipso Deo, ut sic, ab eodem necessario emanet. Esset etiam magna indigentia non posse habere connaturalem statum sine re distincta omnino, vere facta ac fabricata. Et (quod caput est) intelligi non potest quod substantia quae formaliter non esset substantia completa, eminenter contineat totam perfectionem substantiae completae et omnino perfectae. Quia in conceptu substantiae completae, ut sic, nulla involvitur imperfectio nec repugnantia cum aliqua majori perfectione; ergo si Deus ob suam perfectionem continet hanc perfectionem, debet continere illam formaliter; vel si formaliter non continet, multo minus poterit eminenter continere. Sic ergo fit ut substantia sic componens aliam non possit non esse minus perfecta quam compositum. Imo etiam hinc sequitur in hujusmodi compositione nunquam posse unam partem habere effective suum esse ab alia, quod alias dixit D. Thomas: formale principium et efficiens non coincidere in idem numero.

7. At vero de communicatione voluntaria, non ex indigentia sed ex dignatione, dubitari potest an sit de fide et an sit etiam evidens Deum non posse uniri alicui, vel corpori vel rei, ut partem formalem. Sed quia hoc non tam pertinet ad substantiam Dei explicandam (quod nunc agimus), quam ad explicanda opera Dei possibilia vel facta, ideo quaestio illa omittenda est in materiam de Incarnatione, ubi ex professo tractatur. Et breviter dicendum est Deum de facto non esse formam alicujus corporis nec alicujus rei, secundum propriam rationem formae. Nam quod Verbum non fuerit factum propria forma humanitatis per Incarnationem, vera

forma, porque la forma y el agente eficiente no coinciden en el mismo individuo numéricamente.

4. De dos maneras puede entenderse que Dios componga otra sustancia. — Para que esta verdad y su razón se hagan más evidentes y se entienda más distintamente la doctrina de la fe, conviene notar que de dos modos puede entenderse que Dios informa la materia o compone otra sustancia: de un modo connatural, y de otro modo liberal (por así decirlo), por gracia y absoluta potencia. Tal como decimos de la unión hipostática: que aunque Dios connaturalmente no sea la hipóstasis (persona) de ninguna naturaleza, sin embargo pudo llegar a serlo por gracia y dignación. Esto, pues, es certísimo en la fe y evidentísimo para la razón: que Dios no puede ser forma connatural o parte de esencia alguna. Pues esto se demuestra por la excelencia de la perfección de Dios; ya que ser de este modo parte de una sustancia es una gran imperfección. Porque tal parte es una sustancia incompleta, puesto que por su naturaleza se ordena a componer algo distinto; y una sustancia incompleta, como el nombre mismo indica, es imperfecta; pero Dios debe ser la sustancia óptima y perfectísima. Además, una sustancia que por su naturaleza es parte, no tiene un estado connatural sino componiendo a otro, y queda comprendida en aquel todo del cual es parte de tal manera que no está fuera de él; y depende también de algún modo en sus operaciones de aquel todo o de la otra parte. Todas estas cosas son de gran imperfección. Además, para esto sirve óptimamente la tercera razón de Santo Tomás citada arriba: que ninguna sustancia que sea parcial por su naturaleza puede ser el primer ente, porque o bien es un ente potencial, o lo es por participación.

Finalmente, para probar esto es óptima aquella razón de que el todo es más perfecto que su parte. De donde, si Dios fuera forma connatural de algún cuerpo o materia o potencia receptiva, bajo cualquier razón que se imagine, más bien el compuesto mismo sería Dios que

fides docet, ut 1 tom., 3 p. disp. 7, sect. 2 et disput. 15, sect. 2 dixi. Quod vero non sit propria forma alicujus alterius corporis contra dictos errores ostendunt citati Patres. Et constat tum a fortiori ex Christi humanitate, quia in nulla re creata tam intime est Deus sicut in illa natura, tum etiam quia nulla res creata est substantialiter unita Deo (extra Christi humanitatem); alias vel unam naturam vel unam personam faceret cum Deo, utrumque autem contra fidem est. Tum denique quia non est tribuendum Deo quod ipse non revelavit in re tam aliena et extranea a natura et substantia ejus.

8. Deus uniri nequit extra quam hypostatice. — Addendum subinde est fieri nullo modo posse, ut Deus in compositionem alicujus veniat extra unionem hypostaticam. Hanc generalem regulam (omissa pro nunc exceptione) censeo valde consentaneam doctrinae fidei, et evidenti demonstratione ostendi posse. Duobus enim modis potest intelligi Deus substantialiter uniri creaturae, scilicet: per modum materiae seu potentiae receptivae, vel per modum formae et actus; seclusa enim unione hypostatica, alius modus cogitari non potest. At per modum materiae seu potentiae receptivae uniri non potest, quia est imperfectissimus modus unionis, et quia, cum Deus sit actus purissimus, non est in eo potentia receptiva. Unde antiqua quaedam sententia — quod Deus sit materia rerum omnium— quam D. Thomas refert dicta quaest. 3, art. 8, et tribuit cuidam David de Dinando, stultissima ab eodem doctore sancto vocatur et manifestam continens falsitatem. Quod ex altero membro a fortiori confirmabitur. Quod ergo nec per modum substantialis formae possit Deus uniri naturae creatae, probatur primo: quia nulla substantia completa in natura sua potest esse forma alterius vere informans; sed Deus est substantia completissima in sua natura, ut ostensum est, ergo.

no tal forma. Pues pregunto: ¿acaso la otra parte componente existe por sí misma o por Dios? Si por sí misma, tendrá también por sí una perfección que no estaría en la otra parte, ni formalmente (como se supone), ni eminentemente, porque no puede ser producida por ella, siendo tan ente por sí misma como la otra. Si, por el contrario, se dijera que Dios es ciertamente una forma que por su naturaleza postula alguna potencia a la cual informar, y que no obstante tiene poder para fabricarse a sí mismo un cuerpo o potencia a la cual unirse por su propia virtud, y que por ello contiene en sí toda aquella perfección de modo eminente, y que no es menos perfecto que el compuesto mismo.

6. Contra esto está que: o bien esa formación o fabricación del propio cuerpo es voluntaria y libre, y así podría sencillamente no existir, y Dios podría carecer de su cuerpo natural y estar en un estado preternatural. O bien es natural y una operación y emanación necesaria; y esto va, en primer lugar, contra la perfección de Dios: que algo distinto realmente de Dios mismo emane necesariamente de Él como tal. Sería también una gran indigencia no poder tener un estado connatural sin una realidad del todo distinta, verdaderamente hecha y fabricada. Y (lo que es principal) no puede entenderse que una sustancia que formalmente no fuera sustancia completa contenga eminentemente toda la perfección de una sustancia completa y del todo perfecta. Porque en el concepto de sustancia completa, en cuanto tal, no se involucra ninguna imperfección ni repugnancia con alguna perfección mayor; por tanto, si Dios, debido a su perfección, posee esta perfección [de ser completo], debe poseerla formalmente; o si no la posee formalmente, mucho menos podrá poseerla eminentemente. Así sucede, pues, que una sustancia que entra en composición con otra no puede sino ser menos perfecta que el compuesto. Más aún, de aquí se sigue también que, en tal clase de composición, una parte nunca puede tener efectivamente su ser a partir de la otra, que es lo que

Secundo: quia si Deus non est forma connaturalis, ut fieret forma deberet mutari, quia forma separata non unitur materiae nisi per aliquam sui mutationem. Tertio: quia forma substantialis constituit rei essentiam; repugnat autem Deum formaliter constituere novam aliquam et temporalem essentiam quae possit esse et non esse; esset enim creata essentia, quam constitui ex increata forma inintelligibile est.

9. Deus uniri nequit substantialiter rei creatae. — Nullo ergo modo potest Deus uniri substantialiter rei creatae; quia praeter modos compositionis jam exclusivos solum superest aut compositio ex esse et essentia, aut ex natura et supposito. De priori ergo censeo impossibile inter divinum esse et naturam creatam intercedere talem compositionem, quia nulla res potest existere per formalem actum realiter a se distinctum. Non defuerunt autem multi scholastici qui oppositum dixerunt; illi vero putarunt illam unionem non esse aliam praeter hypostaticam, vel necessario esse cum illa conjunctam; sed decepti sunt, ut in primo tomo de Incarnatione tractavi, ubi hoc habet locum ad q. D. Thom.

10. Quam ob rem Deus uniri possit hypostatice et non aliter. — De unione vero hypostatica fit exceptio, propter mysterium incarnationis, quod sine reali compositione factum non est, ut in eodem primo tomo, disp. 7, est ostensum. Ratio autem exceptionis (supposita veritate mysterii et doctrina fidei) reddi potest. Quia sola unio hypostatica non supponit imperfectionem ex parte suppositi ad quod fit, nec secum affert illi aliquam imperfectionem. Primum patet, quia haec unio optime fit in supposito quod sit substantia completa et integra; imo ad illam unionem tale suppositum maxime necessarium est. Secundum patet, quia fit sine mutatione Dei ipsius per unionem

en otro lugar dijo Santo Tomás: que el principio formal y el eficiente no coinciden en el mismo individuo numéricamente.

7. Pero en cuanto a la comunicación voluntaria, no por indigencia sino por dignación, puede dudarse si es de fe y si es también evidente que Dios no puede unirse a algo —ya sea cuerpo o cosa— como parte formal. Pero dado que esto no pertenece tanto a la explicación de la sustancia de Dios (que es lo que tratamos ahora), sino a la explicación de las obras de Dios posibles o realizadas, por ello dicha cuestión debe omitirse hasta la materia de la Encarnación, donde se trata expresamente. Y debe decirse brevemente que, de hecho, Dios no es forma de ningún cuerpo ni de ninguna cosa según la razón propia de "forma". Pues que el Verbo no se convirtiera en la forma propia de la humanidad por la Encarnación, lo enseña la verdadera fe, como dije en el tomo 1, p. 3, disp. 7, sect. 2 y en la disp. 15, sect. 2. Que no es forma propia de ningún otro cuerpo lo muestran los Padres citados contra los errores mencionados. Y consta, primero, a fortiori por la humanidad de Cristo, pues en ninguna cosa creada está Dios tan íntimamente como en esa naturaleza; y también porque ninguna cosa creada está unida sustancialmente a Dios (fuera de la humanidad de Cristo); de lo contrario, formaría con Dios o una sola naturaleza o una sola persona, y ambas cosas son contrarias a la fe. Finalmente, porque no debe atribuirse a Dios aquello que Él mismo no ha revelado en una materia tan ajena y extraña a su naturaleza y sustancia.

8. Dios no puede unirse sino hipostáticamente. — Debe añadirse a continuación que de ningún modo puede suceder que Dios entre en composición con algo fuera de la unión hipostática. Esta regla general (omitida por ahora la excepción) la considero muy conforme a la doctrina de la fe, y que puede mostrarse mediante demostración evidente. Pues de dos modos puede entenderse que Dios se una sustancialmente a la criatura,

alterius ad ipsum; et ideo haec unio potest fieri ad Deum ex parte personae seu subsistentiae, non vero ex parte naturae, quia natura divina non potest alteri seu extraneae hypostasi uniri, quia id fieri non posset sine illius mutatione et aliis imperfectionibus: sed de hac re latius in proprio loco dictum est.

CAPUT VI.

DE DIVINA UNITATE.

1. Quoniam transcendentalia praedicata cum ente convertuntur, et re ipsa nihil aliud dicunt quam ipsam rei entitatem sub aliqua negatione vel connotatione a nobis conceptam; ideo theologi omnes, post explicatam Dei essentiam seu entitatem, solent de his transcendentibus praedicatis, prout Deo accommodari possunt, disputare, et hac occasione de his transcendentibus absolute et in tota sua latitudine tractant. Quia vero illud negotium proprium est theologiae naturalis, ad eam illud remittimus; illud enim in disputationibus Metaphysicis pro captu nostro peregimus. De his ergo transcendentibus solum prout ad Deum pertinent et in fide fundantur in hoc et duobus sequentibus capitibus dicemus. Nam ex quinque transcendentibus quae ultra ens solent numerari, res et aliquid nulla indigent declaratione; et ita nec D. Thomas in quaestionibus primae partis, nec theologi in 1. [Sententiarum] de illis disputationem aliquam instituunt, et quia re vera sunt fere synonyma cum ente, et non dicunt rationem formalem ab illo et a caeteris transcendentibus omnibus distinctam, ut disp. 3 Metaphysicae, sect. 2, latius dictum est. Ubi propterea conclusimus tria tantum numerari proprie transcendentia, quae respectu entis se habent ad modum passionum ejus, quarum prima est Unitas, secunda Veritas, tertia Bonitas. De his ergo eodem

2. En primer lugar, una cosa se llama buena porque es perfecta. — Primero, pues, una cosa se dice buena porque es perfecta en su ser, es decir: porque posee todo lo que se requiere para el complemento de su ser, según la descripción de Aristóteles en el libro 5 de la Metafísica que dice: Es perfecto aquello a lo que nada le falta. Y de este modo es evidente por la razón natural que Dios es bueno y perfecto, como mostramos en la Metafísica, disp. 30, sección 1, y se probará enseguida a partir de las Escrituras y de los principios de la fe ya establecidos se colige. Pues se ha mostrado que Dios es el ente necesario y su propio ser simplicísimo, y finalmente que es, por esa misma necesidad, el Dios verdadero; posee, por tanto, necesariamente todo aquello que en la realidad misma es necesario para el verdadero ser por esencia, y no puede ser privado de esa perfección (porque es necesario), ni de parte de ella (porque no tiene partes), ni puede ser

aecidentia, ei convenit essentialiter, quod nondum a nobis demonstratum est, in sequentibus vero capitulis demonstrabitur. Unde ex hae parte etiam habet Deus, ut non possit non habere omnem hanc perfectionem sine ullo defectu, quia eadem necessitate illi convenit, qua propria essentia et proprium esse.

7. **Dubiumn. — Resolvitur.** — Solum posset hie dubitari de quibusdam perfectionibus extrinsecis, qua licet per extrinsecam denominationem conveniant Deo, aliquod bonum ejus esse videntur, ut esse creatorem et se actu communicare aliis, sic enim aliqui putant actionem transeuntem esse aliquam perfectionem agentis. Item esse Dominum rerum omnium, item habere gloriam et honorem in rationalibus creaturis. Sed ad hoc negandum est, haec omnia extrinseca addere Deo aliquam bonitatem vel perfectionem. Quia in universum denominatio extrinseca non est perfectio formalis rei sic denominate : nec res extrinseca esse potest bonitas formaliter perficiens aliam, ut sumitur ex eodem D. Thoma dicta q. 6, art. 4. Unde a fortiori sumitur argumentum: nam creaturae non possunt dici bonae a bonitate quae est in Deo ut a forma denominante, sed ut ab efficiente vel fine; ergo multo minus poterit bonitas existens in creatura formaliter perficere Deum, aut eum bonum denominare. Nulla est ergo in Deo bonitas accidentalis, sed tota est per essentiam.

8. Deus quomodo contineat bonitatem quae in assecutione finis potest inveniri. — Tandem de perfectione quae est in adeptione finis, ait D. Thomas dicto art. 3, Deum non ordinari ad alium ut ad ultimum finem, et ideo non indigere hac perfectione, neque esse capacem ejus, quia supponit imperfectionem. Addendum vero est ex eodem D. Thoma 1. p., q. 26, per totam, et ex his quae diximus disp. 30 Metaphys.,

aumentado ni disminuido. Por lo tanto, necesariamente es un ente perfecto y un Dios perfecto.

3. De este modo Dios es llamado "bueno" por antonomasia. — Debe añadirse además que Dios, en este género de bondad, es bueno de un modo singular, por razón de cuya singularidad y excelencia se le llama por antonomasia "bueno" y "único bueno". Esto lo prueba aquello de Mateo 19 y Lucas 18: Nadie es bueno sino solo Dios. Asimismo, por esta causa se dice en la Escritura que Dios no tiene semejante, Isaías 44: ¿Quién es semejante a mí?; y en el cap. 46: ¿A quién me habéis asimilado, y me habéis igualado, y me habéis hecho semejante?; Salmo 34: Señor, ¿quién semejante a ti?. También por esta razón a menudo en la Escritura Dios es llamado "Altísimo", etc. Esta singular excelencia de Dios consiste en esto: en que solo Él posee el ser bueno por esencia, como enseña Santo Tomás en el citado art. 3. Lo cual explica distinguiendo en las criaturas tres grados de perfección: la entitativa, la sobreañadida por los accidentes, y la consumada por la consecución del fin último; todas las cuales las posee Dios por su propia esencia, y no ninguna criatura.

4. Queda claro al recorrer cada una. — Pues Dios, dado que es esencialmente su propio ser, posee la perfección de su entidad, lo cual no ocurre en ninguna criatura, porque ninguna es su propio ser. Esta diferencia les parece difícil a algunos, porque también la criatura tiene una perfección esencial por su propia esencia; y aunque no siempre exista en acto, sin embargo siempre es verdad decir que es esencialmente buena; pues así como esta proposición es de verdad eterna: El hombre es risible, también lo son estas: El ente es bueno, El león es de tal perfección esencial. Pero sea lo que sea de la cuestión metafísica (si las esencias, mientras no existen, pueden llamarse simplemente buenas), que tratamos en la Metafísica, disputa 31; en el presente caso la diferencia buscada es clara: que la bondad de Dios tiene

sect. 14, in fine: quod sicut Deus dicitur esse a se quatenus non est ab alio, ita dicitur quiescere in se, quia non habet extra se finem, sed sibimet est illud bonum quod in ultimo fine esse potest, seclusis imperfectionibus. Et ita etiam quoad hanc partem habet necessario omnem bonitatem et perfectionem quae in adeptione ultimi finis esse potest. Quia semper ac necessario beatus est, et in se solo omnem sufficientiam ac beatitudinem habet, eaque perfruitur per suammet essentiam, intelligendo scilicet et amando se, quod per suammet essentiam habet, ut videbimus, et ideo etiam quoad hanc partem per essentiam bonus est.

9. Debita compositio partium, creaturis bonitas est. — Nullo modo ad bonitatem Dei requiritur. — Praeter has vero bonitates considerari solet in creaturis alia quae consurgit ex integritate partium integralium cum debito modo et ordine. Ad quam etiam reducitur pulchritudo corporalis, quae illam integritatem requirit, cum aliqua perfectione accidentali coniunctam. Verumtamen tota haec bonitas formaliter sumpta est imperfectissimi ordinis, est enim propria corporalium et materialium rerum: et ideo illam Divus Thomas praetermisit, quia non potest requiri ad bonitatem Dei, cum neque ad perfectionem entis, ut sic, necessaria sit.

Positive ergo (ut sic dicam) non potest haec bonitas Deo attribui, sed solum secundum negationem, quia nimirum nulla illi deest integritas quae ad perfectionem necessaria sit. Item secundum quandam eminentiam, quia in simplicissima essentia sua habet totam perfectionem suam. Ac denique secundum rationem potest in illo considerari constitutio ex variis praedicatis, quae nos concipimus et illi tribuimus, et in his etiam habet necessario et per suam essentiam omne complementum entitatis suae. In qua habet, non corporalem

esencialmente el ser una bondad actual y real, y de este modo Dios la posee por la fuerza de su esencia y no de otra parte; las criaturas, en cambio, no la poseen de este modo, sino que es necesario que la reciban de otro; pues ni siquiera poseen su misma esencia en acto por sí mismas, a no ser que la reciban de otro.

5. Por lo cual, aunque concedamos que esa proposición: *La esencia de la criatura* es perpetua de verdad, si la cópula prescinde de la existencia actual (como en rigor puede hacerse): no obstante, no es cierto que la bondad esencial de la criatura sea eterna o que sea simplemente por la fuerza de su propia esencia, como se dice con verdad de la bondad de la esencia divina; y por ello, de un modo singular se dice que es y es de hecho buena por esencia. Una vez que la criatura ha sido producida y posee existencia, nadie puede dudar de que la esencia tiene en sí y por sí una cierta bondad, a saber, la esencial. Pues, o bien no es una realidad distinta de su existencia, o bien aunque lo sea (cosa que no creemos), la entidad de la esencia que existe en acto es algo, y posee una perfección esencial por sí misma, según la cual se distingue de otra esencia creada y es más o menos perfecta que aquella. Asimismo, toda esencia tal es una naturaleza creada por Dios, luego es buena; pues toda criatura es buena (1 Timoteo 4), y toda naturaleza creada, en cuanto tal, es una participación de la naturaleza divina y de su bondad, como enseña Agustín contra los maniqueos en el libro Sobre la naturaleza del bien, cap. 1. No puede, pues, ponerse esto en duda, ni Santo Tomás quiso enseñar lo contrario, sino solo que la esencia creada no posee por sí misma esta bondad actual, sino que la recibe de Dios.

6. La bondad que conviene accidentalmente a las criaturas, compete a Dios esencialmente. — Además, en cuanto a la bondad que suele añadirse a las naturalezas creadas por los accidentes, Dios también es de modo singular bueno por esencia, porque la esencia de Dios no se perfecciona mediante accidentes; sino que cualquier

pulchritudinem sed spiritualem, infinitam et omnem nostram cognitionem superantem.

10. Perfectio personae et subsistendi in Deo. — Denique in substantiis creatis potest considerari perfectio propria personae, ut sic, quam intelligitur addere ultra perfectionem essentiae seu naturae. Et hujus etiam non meminit D. Thomas, vel quia jam ostenderat quaest. 3, art. 3, Deum esse naturam suam, vel certe quia haec consideratio ad mysterium Trinitatis potius quam unitatis Dei spectat, ubi propterea de illa dicemus latius. Nunc vero dicimus perfectionem subsistendi, quae in supposito considerari potest, Deo etiam per essentiam suam convenire. Perfectionem autem incommunicabiliter subsistendi, quae magis propria est suppositi, ut sic, qualiscumque illa sit, Deo non deesse, eique necessitate naturali convenire, et per suam essentiam saltem identice illam habere; et hoc satis esse ut etiam quoad hanc partem dicatur Deus de se bonus et perfectus per essentiam suam.

11. Creatura respectu Dei bona est secundum quid. — Sic Deus perfectus est, et omnis perfectio, qua talis ei conveniat. — Ultimo addo in hoc puncto, creaturam, etiamsi in suo genere habeat omnem integritatem et perfectionem, et ideo bona possit dici absolute, nihilominus comparatione Dei esse bonam secundum quid, solum autem Deum dici posse simpliciter bonum. Nam creatura dici potest bona ad summum quia habet omnem perfectionem sibi debitam, vel secundum naturam suam, vel etiam secundum omnem capacitatem suam, ut est sub ordinatione divina. At Deus ita habet omnem perfectionem sibi debitam, ut omnis omnino perfectio, quatenus perfectio est, illi sit debita et necessario ei conveniat, et per essentiam suam.
Hoc significavit Deus *Exodi* 33, cum se appellavit *omne bonum*, dicens

perfección que pueda convenir a alguna naturaleza por accidentes, a Él le conviene esencialmente, lo cual aún no ha sido demostrado por nosotros, pero se demostrará en los capítulos siguientes. Por lo cual, también por esta parte Dios posee el no poder carecer de toda esta perfección sin defecto alguno, pues le conviene con la misma necesidad que su propia esencia y su propio ser.

7. **Duda. — Se resuelve.** — Solo podría dudarse aquí sobre ciertas perfecciones extrínsecas que, aunque convienen a Dios por denominación extrínseca, parecen ser algún bien suyo, como el ser Creador y comunicarse en acto a otros (pues así algunos piensan que la acción transeúnte es alguna perfección del agente). Asimismo, el ser Señor de todas las cosas; asimismo, tener gloria y honor en las criaturas racionales. Pero a esto hay que responder negando que todas estas cosas extrínsecas añadan a Dios alguna bondad o perfección. Porque, universalmente, la denominación extrínseca no es una perfección formal de la cosa así denominada; ni una realidad extrínseca puede ser la bondad que perfecciona formalmente a otra, comose toma del mismo Santo Tomás en la citada q. 6, art. 4. De donde se extrae un argumento a fortiori: pues si las criaturas no pueden llamarse buenas por la bondad que está en Dios como por una forma denominante, sino como por su causa eficiente o fin; entonces mucho menos podrá la bondad existente en la criatura perfeccionar formalmente a Dios o denominarlo bueno. No hay, por tanto, en Dios ninguna bondad accidental, sino que toda ella es por esencia.

8. Cómo contiene Dios la bondad que puede hallarse en la consecución del fin. — Finalmente, sobre la perfección que consiste en la obtención del fin, dice Santo Tomás en el citado art. 3 que Dios no se ordena a otro como a su fin último, y por ello no carece de esta perfección ni es capaz de ella, porque [tal concepto] presupone imperfección. Pero debe añadirse, según el

mismo Santo Tomás (I parte, q. 26 completa) y por lo que dijimos en la disp. 30 de la Metafísica, sección 14 al final: que así como se dice que Dios es "por sí" en cuanto no es por otro, así se dice que "descansa en sí mismo", porque no tiene un fin fuera de sí, sino que Él es para sí mismo aquel bien que puede hallarse en el fin último, excluidas las imperfecciones. Y así también, en cuanto a esta parte, posee necesariamente toda la bondad y perfección que puede haber en la obtención del último fin. Porque es siempre y necesariamente bienaventurado, y solo en sí mismo posee toda suficiencia y felicidad, y goza de ella por su misma esencia —esto es, conociéndose y amándose a sí mismo—, lo cual posee por su propia esencia, como veremos; y por ello, también respecto a esto, es bueno por esencia.

9. La debida composición de partes es una bondad de las criaturas. — De ningún modo se requiere para la bondad de Dios. — Además de estas bondades, suele considerarse en las criaturas otra que surge de la integridad de las partes integrantes con el debido modo y orden. A esta también se reduce la belleza corporal, que requiere aquella integridad unida a alguna perfección accidental.

Sin embargo, toda esta bondad, tomada formalmente, es de un orden imperfectísimo, pues es propia de las cosas corporales y materiales. Por eso Santo Tomás la omitió, porque no puede requerirse para la bondad de Dios, ya que ni siquiera es necesaria para la perfección del ente en cuanto tal.

Por tanto, positivamente (por así decirlo) esta bondad no puede atribuirse a Dios, sino solo según negación, porque ciertamente ninguna integridad necesaria para la perfección le falta. Asimismo, según cierta eminencia, porque en su simplicísima esencia tiene toda su perfección. Y finalmente, según la razón, puede considerarse en Él una constitución a partir de diversos predicados que nosotros concebimos y le atribuimos, y en estos también tiene necesariamente y por su esencia

Moysi: *Ego ostendam tibi omne bonum*; quo loco ad hoc propositum utitur Divus Thomas I *Contra Gentiles*, cap. 48. Item multi ita legunt et interpretantur verba *Ioannis* 1: *Quod factum est in ipso vita erat*, quod sentit Augustinus ibi. Quae sententia est probabilis, licet lectio et interpretatio dubia sint. Clarius videtur illud *ad Romanos* undecimo: *Ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia*. Sed neque hic locus probat, nisi mediante aliqua illatione; nam particula *ex* habitudinem causae dicit: dicuntur enim omnia esse *ex* Deo, quia ab ipso pendent ipsumque respiciunt ut conservatorem suum; vel *in* ipsum, ut in finem tendunt, sicut *ad Colossenses* primo: *In ipso condita sunt universa, et omnia in ipso constant*. Et *Actorum* decimo septimo: *In ipso vivimus, movemur et sumus*. Quia tamen non potest Deus omnia continere sua potentia, nisi in suo esse aliquo modo omnem perfectionem praehabeat, ideo ex illa particula *ex ipso* hic etiam sensus confirmari potest.

Sic enim argumentatur David, Psalmo nonagesimo tertio: *Qui plantavit aurem non audiet? aut qui finxit oculum non considerat?* Unde etiam est illud Psalmi 49: *Pulchritudo agri mecum est*, et alia infra afferemus tractantes de scientia Dei et de eius infinitate. Videri etiam possunt dicta dist. 30 *Metaph.*, sect. 4, ubi ratione hoc etiam probatum est, tum explicatum ex vulgari distinctione duplicis perfectionis simpliciter et non simpliciter. Tum ex duplici modo continendi aliquid formaliter vel eminenter, ut intelligatur Deus habere formaliter omnem perfectionem simpliciter, reliquas eminenter. De qua re aliquid etiam attingemus infra in tractatu de Trinitate, propter perfectiones relativas

12. Deus bonum dicitur quia est alicui conveniens, vel sibi ipsi. — Hoc modo Deus summe bonus est. — Secundo modo dicitur aliquod ens bonum quia conveniens est alicui

ac proinde est appetibile. Hoc autem ipsum intelligi potest duobus modis. Primo, quatenus unumquodque habet perfectionem sibi convenientem et amabilem; quae convenientia, si per modum relationis consideretur, solum est per considerationem nostram; tamen, ut in re habet virtuale fundamentum, solet vocari "bonitas transcendentalis" juxta probabilem opinionem, de qua disputat. 10 Metaphysicae. Hoc ergo modo per se notum et evidentissimum est Deum esse summe bonum: habet enim perfectionem sibi maxime convenientem et amabilem a se; unde se necessario amat, ut postea videbimus. Estque ex dictis satis probatum. Alio vero modo dicitur una res bona respectu alterius, quia est illi conveniens. Et hoc modo videri potest hanc "boni" appellationem non cadere in Deum, quia sic non dicitur bonum nisi quod potest esse forma vel pars alterius. Atque ita haec boni appellatio videtur claudere imperfectionem Deo repugnantem.

todo complemento de su entidad. En la cual tiene, no una belleza corporal, sino espiritual, infinita y que supera todo nuestro conocimiento.

10. La perfección de la persona y del subsistir en Dios. — Finalmente, en las sustancias creadas puede considerarse la perfección propia de la persona como tal, que se entiende añade algo más allá de la perfección de la esencia o naturaleza. De esto tampoco hizo mención Santo Tomás, ya sea porque ya había mostrado en la q. 3, art. 3 que Dios es su propia naturaleza, o ciertamente porque esta consideración atañe más al misterio de la Trinidad que al de la unidad de Dios, donde por tanto hablaremos de ello más largamente. Pero ahora decimos que la perfección del subsistir, que puede considerarse en el supuesto, conviene también a Dios por su propia esencia. Y que la perfección de subsistir de forma incomunicable (que es más propia del supuesto como tal), sea cual sea esta, no le falta a Dios, y le conviene por necesidad natural, y la posee al menos de forma idéntica por su esencia; y que esto basta para que, también en cuanto a esta parte, se diga que Dios es en sí mismo bueno y perfecto por su esencia.

11. La criatura, respecto a Dios, es buena solo en cierto sentido. — Así, Dios es perfecto, y es toda perfección que le conviene como tal. — Finalmente añado en este punto que la criatura, aunque en su género tenga toda integridad y perfección, y por eso pueda llamarse buena de modo absoluto, sin embargo, en comparación con Dios, es buena solo *secundum quid* (en cierto sentido), mientras que solo Dios puede ser llamado simplemente bueno.

Porque la criatura puede llamarse buena en el más alto grado porque tiene toda la perfección que le es debida, ya sea según su naturaleza o incluso según toda su capacidad, tal como está bajo la ordenación divina. Pero Dios tiene toda perfección que le es debida de tal manera que toda perfección, en cuanto perfección, le es debida,

13. Deus omnium creaturarum summum bonum est, non tamen eodem modo. — Dicendum nihilominus est Deum etiam hoc modo ese summum bonum creaturarum omnium, quamvis non omnium eodem modo. Haec assertio ex sacra Scriptura colligitur Psalm. 72: *Quam bonus Israel Deus his qui recto sunt corde!*; Thren. 3: *Bonus est Dominus sperantibus in eum, animae quaerenti illum*. Quanquam his locis boni appellatio videatur latius sumi pro liberali atque benefico: nam Deus plura et majora beneficia confert his qui recto sunt corde et illum quaerunt. Verumtamen si respectu illorum dicitur Deus bonus per antonomasiam, certe his omnibus quibus beneficia confert bonus est et conveniens ipsis, saltem ut causa boni. Praeterea declaratur ex illo: *Ego sum alpha et omega, principium et finis*; nam divina bonitas est fons unde omnia alia

bonitatem participant, et a qua omnia in sua bonitate pendent; ergo ut sic omnibus est valde conveniens, imo necessaria bonitas Dei. Atque hoc modo dixit Dionysius capite 4: *Deum esse omnium bonum, sicut ex quo omnia subsistunt*. Similiter est Deus finis ultimus omnium; at finis est bonum ejus qui ordinatur ad finem.

14. Hinc ergo patet ultima pars assertionis. — Nam Deus peculiari modo est bonum conveniens creaturis intellectualibus, tanquam objectiva beatitudo illorum, ut tradit D. Thomas 1. p., quaest. 26, articulo 3, et latius 1. 2., quaestion. 2 et 3, et in 2. 2. quest. 17 docet Deum esse bonum amatum et speratum a creatura intellectuali, quod ibi omnes docent contra Durandum. Est ergo Deus illo speciali modo bonus respectu intellectualis naturae, id est, valde conveniens creaturis intellectualibus ut beatae esse possint. Aliae vero inferiores creaturae, licet non possint ita frui bono illo, in illius similitudinem tendunt prout possunt, et ideo suo modo illum ut suum finem et bonum appetunt, sicut D. Thomas dixit dicta quaest. 6, art. 4. Est ergo Deus omnium bonum, licet non eodem modo.

15. Ad difficultatem ergo in contrarium respondetur. — Unam rem non tantum esse convenientem alteri per modum formae aut materiae seu partis, sed etiam per modum objecti, ut imago recte depicta censetur bonum quoddam ei conveniens qui in ea videnda delectatur. Item per modum amici: inter eos enim qui sunt intellectualis naturae, amicitia est magnum bonum, et unus amicus est bonum alterius propter se amabile. *Quia amico fideli nulla est comparatio*, sub qua ratione Deus est excellentissimo modo bonum hominis. Item per modum efficientis causae; licet enim causa efficiens, ut sic per se ipsam non perficiat hominem et ideo videatur denominari bona quasi per

le conviene necesariamente y le conviene por su esencia misma.

Esto significó Dios en *Éxodo* 33, cuando se llamó a sí mismo *todo bien*, diciendo a Moisés: *Yo te mostraré todo bien*. En este lugar lo usa Santo Tomás para este propósito en I *Contra Gentiles*, c. 48. Muchos también leen e interpretan así las palabras de *Juan* 1: *Lo que fue hecho en él era vida*, que es la opinión de Agustín en ese pasaje. Esta sentencia es probable, aunque la lectura e interpretación sean dudosas. Más claramente parece decirlo aquello de *Romanos* 11: *De él, por él y para él son todas las cosas*. Pero tampoco este texto prueba directamente, sino mediante alguna inferencia; porque la partícula *de* (ex) indica relación de causa: se dice que todas las cosas son *de* Dios porque dependen de Él y lo miran como su conservador; o *hacia* Él, como tienden a Él como a su fin, como en *Colosenses* 1: *En Él fueron creadas todas las cosas, y todas subsisten en Él*. Y en *Hechos* 17: *En Él vivimos, nos movemos y somos*.

Sin embargo, como Dios no puede contener todas las cosas con su potencia si no es que en su ser precontiene de algún modo toda perfección, por eso también este sentido puede confirmarse a partir de la partícula *de Él*.

Así argumenta David en el Salmo 93: *El que plantó el oído, ¿no oirá? ¿O el que formó el ojo, no verá?* De donde también es aquello del Salmo 49: *La belleza del campo está conmigo*, y otros textos que aduciremos más abajo al tratar de la ciencia de Dios y de su infinitud. Pueden verse también las cosas dichas en la distinción 30 de la *Metafísica*, sección 4, donde esto se probó también por razón, y se explicó a partir de la distinción vulgar de doble perfección: simpliciter y no simpliciter. Asimismo, a partir del doble modo de contener algo: formalmente o eminentemente, para que se entienda que Dios tiene formalmente toda perfección simpliciter, y las demás eminentemente. De este tema tocaremos algo también más abajo en el tratado de la Trinidad, a causa de las perfecciones relativas.

.

extrinsecam denominationem ab effectu suo (sicut etiam denominatur mala, si aliquid disconveniens efficiat): nihilominus etiam virtus ipsa et potentia quae est in Deo est simpliciter bonum hominis, quia valde conveniens homini est ut talis virtus et potentia sit in rerum natura, et intime sit in ipso homine conferens et conservans esse et omne aliud bonum ejus. Unde etiam hac ratione homo (et suo modo omnis res alia) unitur Deo tanquam supremo bono suo.

16. Res intellectuales bonae dicuntur bonitate morali aut actuali. — Hic modus bonitatis excellentius Deo convenit. — Tertio modo denominantur peculiariter res intellectuales bonae bonitate morali vel actuali, quia opera bona moralia exercent, vel habitu, vel aptitudine retinent, quatenus sunt dispositae et propensae ad illud bonum exercendum. Et sic etiam altiori et excellentiori modo est Deus summe bonus, quia est summe rectus in omnibus operibus suis. Quia rectitudinem habet ita connaturalem et intrinsecam ut sit regula omnis bonitatis, nec possit aliquid praeter rectam rationem operari. Unde est illud Psal. 144: *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, et sanctus in omnibus operibus suis*; et iterum: *Justus Dominus in omnibus viis suis, et sanctus*, etc. Et hoc sensu videtur appellari Deus bonus, Psalm. 118, cum dicitur: *Bonus es tu, et in bonitate tua doce me justificationes tuas*. Item Psalm. 105, 106, 117 et 135: *Confitemini Domino quoniam bonus*, utique in omnibus operibus suis, quae sunt plena misericordia et bonitate, ut ibi describuntur. Et licet respectu creaturarum illa sint beneficia Dei per quae consequuntur quidquid boni in eo genere habent, tamen ut sunt actiones liberae Dei habent bonitatem moralem, seu ab illa quae in Deo est proficiscuntur. Est autem illa bonitas in Deo, considerata in actu primo nostro modo loquendi, sola naturalis

12. Dios se dice "bueno" porque es conveniente para alguien, o para sí mismo. — De este modo, Dios es sumamente bueno. — De un segundo modo se dice que un ente es bueno porque es conveniente para alguien y, por consiguiente, es apetecible. Esto mismo puede entenderse de dos maneras. Primero, en cuanto cada cosa posee una perfección que le es conveniente y amable; conveniencia que, si se considera como relación, existe solo por nuestra consideración mental; sin embargo, como tiene un fundamento virtual en la realidad, suele llamarse "bondad trascendental" según la opinión probable que se discute en la disputa 10 de la Metafísica. De este modo, pues, es notorio por sí mismo y evidentísimo que Dios es sumamente bueno: pues posee por sí mismo la perfección que le es máximamente conveniente y amable; por lo cual se ama a sí mismo necesariamente, como veremos después. Y queda suficientemente probado por lo dicho. De otro modo, se dice que una cosa es buena respecto a otra porque le es conveniente. Y de este modo podría parecer que esta denominación de "bueno" no cuadra en Dios, porque así no se llama bueno sino lo que puede ser forma o parte de otro. Y así, esta denominación de bueno parecería encerrar una imperfección incompatible con Dios.

13. Dios es el sumo bien de todas las criaturas, pero no del mismo modo. — Debe decirse, no obstante, que Dios también de este modo es el sumo bien de todas las criaturas, aunque no de todas del mismo modo. Esta aserción se recoge de la Sagrada Escritura, Salmo 72: *¡Qué bueno es el Dios de Israel para los que son rectos de corazón!*; Trenos 3: *Bueno es el Señor para los que esperan en Él, para el alma que lo busca*. Aunque en estos pasajes la denominación de "bueno" parece tomarse en un sentido más amplio como liberal y benéfico: pues Dios confiere más y mayores beneficios a quienes son rectos de corazón y lo buscan. No obstante, si respecto a ellos se dice que Dios es bueno por antonomasia, ciertamente es bueno

rectitudo voluntatis ejus; in actu vero secundo est voluntas libera benefaciendi aliis; nam prout seipsum amat, non est ibi propria bonitas moralis, quia in eo actu, ut sic, non est libertas.

17. Sanctitas Dei. — Solet autem haec bonitas, quando est excellens in hominibus vel angelis, sanctitas appellari. Quae vox interdum in nobis significat ipsam virtutem religionis, ut vult D. Thomas 2. 2, q. 81, art. 8. Hoc autem modo non potest Deo proprie convenire, quia Deus non habet superiorem quem colat, vel cui adhaereat ut ultimo fini. Tamen haec imperfectio non est de ratione sanctitatis ut sic, sed significat perfectam munditiam cum firma adhaesione ad summum bonum. Hoc autem summum bonum respectu creaturarum est finis ultimus; respectu vero Dei est ipsemet Deus, qui in seipso quiescit et per se beatus est, et ita vere et proprie est Deus sanctus, ut in citatis testimoniis et passim in scriptura appellatur. Imo continue ab angelis proclamatur *sanctus, sanctus, sanctus* (Isai. 6), et per antonomasiam ipse solus dicitur sanctus, 1 Regum 2: *Non est sanctus ut est Dominus, neque enim est alius extra te*, etc. Quia nullus ita adhaeret suo bono per adhaesionem (ut ita dicam) essentialem sicut Deus. Neque potest esse creatura ita munda et incapax omnis maculae moralis sicut ipse. Est ergo omnibus modis bonus et sanctus.

18. Annotatio. — Tandem vero advertere necesse est hanc tertiam bonitatem non esse illam quae transcendentalis est, ut per se constat, nec esse unum peculiare attributum Dei, sed comprehendere varia, scilicet omnia illa quae specialem aliquam virtutem seu actum voluntatis divinae indicant, ut caritatem, misericordiam, justitiam et similes, de quibus postea dicemus. Bonitas ergo transcendentalis in Deo est vel prima vel secunda quae a nobis

para todos aquellos a quienes confiere beneficios y es conveniente para ellos, al menos como causa del bien. Además, se declara por aquello de: *Yo soy el Alfa y la Omega, el principio y el fin*; pues la bondad divina es la fuente de la cual todas las demás cosas participan de la bondad, y de la cual todas dependen en su propia bondad; por lo tanto, en cuanto tal, la bondad de Dios es para todos muy conveniente, e incluso necesaria. Y de este modo dijo Dionisio en el capítulo 4: *Que Dios es el bien de todos, como aquel de quien todas las cosas subsisten*. Del mismo modo, Dios es el fin último de todas las cosas; y el fin es el bien de aquel que se ordena a dicho fin.

14. De aquí, pues, queda clara la última parte de la aserción. — Pues Dios, de un modo peculiar, es el bien conveniente para las criaturas intelectuales, como su bienaventuranza objetiva, según transmite Santo Tomás (I parte, q. 26, art. 3, y más ampliamente en la I-II, cuestiones 2 y 3); y en la II-II, q. 17 enseña que Dios es el bien amado y esperado por la criatura intelectual, lo cual todos enseñan allí contra Durando. Es, pues, Dios bueno de aquel modo especial respecto a la naturaleza intelectual, es decir, muy conveniente para las criaturas intelectuales para que puedan ser bienaventuradas. En cambio, las otras criaturas inferiores, aunque no pueden gozar de ese bien de tal manera, tienden hacia su semejanza en la medida de sus posibilidades, y por ello, a su modo, lo apetecen como su fin y su bien, tal como dijo Santo Tomás en la citada q. 6, art. 4. Dios es, por tanto, el bien de todos, aunque no del mismo modo.

15. Se responde, pues, a la dificultad en contrario. — Una cosa no solo es conveniente para otra a modo de forma, materia o parte, sino también a modo de objeto, así como una imagen rectamente pintada se considera un cierto bien conveniente para aquel que se deleita al verla. Asimismo, a modo de amigo: pues entre quienes poseen naturaleza intelectual, la amistad es un gran bien, y un amigo es el bien de otro, amable por sí mismo. *Porque*

explicatae sunt, vel utraque simul juxta varios modos explicandi bonitatem transcendentalem, de quibus in disputat. 10 *Metaphysicae* diximus. Praecipue vero solet denominari Deus bonus ex plenitudine omnis perfectionis, et quatenus ex plenitudine ejus propensus est ad se diffundendum et communicandum aliis quibus bonus esse potest. Quomodo videtur de bonitate Dei praecipue agere Dionysius c. 4 *De div. nom.* Sic autem clarum est bonitatem nihil addere essentiae Dei secundum rem, sed solum secundum quandam connotationem et habitudinem rationis nostro modo concipiendi; non quod relatio rationis sit bonitas, sed fundamentum ejus, ut dicto loco declaravi.

CAPUT IX

UTRUM DEO RECTE TRIBUANTUR ALIA PRAEDICATA SEU ATTRIBUTA, ET QUOTUPLICIA ILLA SINT.

1. Causa dubitationis explicatur. — Ratio dubitandi est quia in superioribus explicuimus praedicata omnia quae Deo convenire possunt qua ratione est ens et quae possunt in illo a nobis concipi secundum quandam coordinationem essentialem, per convenientiam et differentiam a creaturis, usque ad propriam Dei essentiam constituendam; sed praeter haec nihil aliud potest proprie praedicari de Deo, ergo. Probatur minor: quia si aliquid aliud praedicetur, vel est essentiale vel extra essentiam. Hoc posterius dici non potest, quia diximus Deum in sua essentia claudere omnem perfectionem suam. Si vero dicatur primum, necesse est tale praedicatum contineri sub his quae jam tractata sunt; alias certe non esset a nobis sufficienter essentia Dei explicata; ergo nihil aliud potest de Deo proprie praedicari. In

para el amigo fiel no hay comparación, bajo cuya razón Dios es, de modo excelentísimo, el bien del hombre. Asimismo, a modo de causa eficiente; pues aunque la causa eficiente, de modo que por sí misma no perfeccione al hombre y, por tanto, parezca denominarse buena casi por una denominación extrínseca a partir de su efecto (así como también se denomina mala si produce algo inconveniente); no obstante, incluso la virtud misma y la potencia que reside en Dios es simplemente el bien del hombre, porque es muy conveniente para el hombre que tal virtud y potencia existan en la naturaleza de las cosas, y que estén íntimamente en el hombre mismo confiriéndole y conservándole el ser y cualquier otro bien suyo. Por lo cual, también por esta razón el hombre (y a su modo cualquier otra cosa) se une a Dios como a su bien supremo.

16. Las realidades intelectuales se llaman buenas por bondad moral o actual. — Este modo de bondad conviene a Dios de forma más excelente. — De un tercer modo se denominan peculiarmente "buenas" las realidades intelectuales por bondad moral o actual, ya sea porque ejercen obras moralmente buenas, o porque las retienen por hábito o aptitud, en cuanto están dispuestas y propensas a ejercer dicho bien. Y así también, de un modo más alto y excelente, Dios es sumamente bueno, porque es sumamente recto en todas sus obras. Pues posee una rectitud tan connatural e intrínseca que es regla de toda bondad, y no puede obrar nada fuera de la recta razón. De donde procede aquello del Salmo 144: *Fiel es el Señor en todas sus palabras, y santo en todas sus obras*; y de nuevo: *Justo es el Señor en todos sus caminos, y santo*, etc. Y en este sentido parece ser llamado Dios "bueno" en el Salmo 118, cuando se dice: *Bueno eres tú, y en tu bondad enséñame tus justificaciones*. Asimismo, en los Salmos 105, 106, 117 y 135: *Alabad al Señor porque es bueno*, ciertamente en todas sus obras, que están llenas de misericordia y bondad, tal como allí se describen. Y aunque respecto a las criaturas sean beneficios de Dios,

contrarium vero est, quia profitemur secundum fidem Deum esse sapientem, justum, misericordem, immutabilem, incomprehensibilem, ineffabilem et alia similia, quae non per metaphoram sed proprie Deo conveniunt; quae voces nec inter se, nec cum his quas hactenus exposuimus, synonymae sunt.

2. Haec posterior ratio convincit plura esse praedicata, praeter transcendentia, quae de Deo vere et proprie praedicantur. — Quod in re videtur de fide certum ex variis modis loquendi Scripturae, quos in sequentibus adnotabimus. Ex Concilio Lateranensi [IV], capitulo *Firmiter*, dicente: *Unus est solus verus Deus, aeternus, immensus et incommunicabilis, incomprehensibilis, omnipotens et ineffabilis*. Et ex communi consensu Ecclesiae, Patrum et theologorum loquentium de attributis divinis, quo nomine haec praedicata Dei significantur. Ratio vero generalis est: quia non possumus in hac vita divinam perfectionem apprehendere prout in se est, et ideo necessario debemus multis conceptibus et nominibus eam explicare; quae, quatenus attribuuntur Deo jam quodammodo in sua entitate et essentia concepto, attributa ejus dicuntur. Et confirmatur ex mysterio Trinitatis, ad quod explicandum maxime nobis necessarium est divinam perfectionem ita concipere; nam docemur secundum catholicam doctrinam unam aliquam divinam personam procedere per intellectum et aliam per voluntatem, et consequenter esse in Deo intellectum et voluntatem, quae de Deo praedicari possunt.

3. Quomodo praedicata Dei dicantur de seipso. — Ad explicandam igitur hanc veritatem nonnullae partitiones praedicatorum Dei adnotandae sunt, quae ad omnia quae dicemus lucem afferent. Primo: quaedam praedicantur de Deo proprie, alia metaphorice. Ita sumitur

por los cuales ellas consiguen cualquier bien que tengan en ese género, sin embargo, en cuanto son acciones libres de Dios, poseen bondad moral, o proceden de aquella que está en Dios. Ahora bien, esa bondad en Dios, considerada en "acto primero" según nuestro modo de hablar, es la sola rectitud natural de su voluntad; en "acto segundo", en cambio, es la voluntad libre de hacer el bien a otros; pues en cuanto se ama a sí mismo, no hay allí propiamente bondad moral, porque en ese acto, en cuanto tal, no hay libertad.

17. La santidad de Dios. — Suele además esta bondad, cuando es excelente en los hombres o en los ángeles, llamarse "santidad". Esta palabra a veces significa en nosotros la virtud misma de la religión, como quiere Santo Tomás (II-II, q. 81, art. 8). De este modo, sin embargo, no puede convenir propiamente a Dios, porque Dios no tiene un superior a quien adorar, o a quien se adhiera como a su fin último. Sin embargo, esta imperfección no pertenece a la esencia de la santidad en cuanto tal, sino que esta significa una perfecta pureza con una firme adhesión al sumo bien. Ahora bien, este sumo bien, respecto a las criaturas, es su fin último; respecto a Dios, en cambio, es Dios mismo, que descansa en sí mismo y es bienaventurado por sí mismo; y así, Dios es verdadera y propiamente "santo", como se le llama en los testimonios citados y frecuentemente en la Escritura. Es más, los ángeles proclaman continuamente: *santo, santo, santo* (Isaías 6), y por antonomasia solo Él es llamado santo, 1 Samuel 2: *No hay santo como el Señor, porque no hay otro fuera de ti*, etc. Porque nadie se adhiere de tal modo a su propio bien por una adhesión (por así decirlo) esencial como Dios. Ni puede haber criatura tan limpia e incapaz de toda mancha moral como Él mismo. Es, por tanto, bueno y santo en todos los sentidos.

18. Anotación. — Finalmente, es necesario advertir que esta tercera bondad no es la bondad trascendental, como consta por sí mismo, ni es un solo atributo peculiar de

ex Divo Thoma 1 p., q. 13, art. 2 et 3. Et patet; nam priori modo dicuntur de Deo omnia quae significant perfectionem, et in sua ratione formali non involvunt imperfectionem, ut Sapientia, Justitia. Posteriori autem modo dicuntur quae imperfectionem in suo conceptu involvunt, ut poenitentia, dolor et similia. De posterioribus nominibus certum est non significare in Deo aliquas perfectiones vel attributa re vel ratione distincta ab his quae nominibus propriis significantur. Quia res significatae proprie per tales voces non inveniuntur in Deo, nec sub hac ratione possunt vero Deo tribui, sed sub aliqua metaphora, per quam voces illae transferuntur ad significandum aliquid quod proprie in Deo reperitur. Sic autem ea quae per tales voces metaphorice significantur, sunt eaedem perfectiones vel attributa quae per alias voces proprie significantur. De his ergo metaphoricis appellationibus Dei nihil amplius a nobis dicendum est, nisi hujusmodi nomina esse in primis omnia illa quae corporales res, vel partes earum significant, ut supra capite quarto diximus, ubi Patres retulimus qui has metaphoras interpretantur. Ejusdemque generis sunt voces omnes quae in suo proprio et formali significato imperfectionem involvunt, etiam si non tantum corporalibus rebus, sed etiam spiritualibus convenire possint, ut dolere, poenitere et similia, de quibus interpretes Scripturarum multa dicunt, et in discursu hujus operis aliqua attingemus, quantum necessarium fuerit ad explicandum quomodo aliquibus locutionibus in Deo utimur, praesertim in materia de Trinitate. Nomina ergo quae Deo proprie tribuuntur, illa sunt quae perfectionem abstrahentem a materia et ab omni imperfectione indicant, et his vocibus attributa indicantur quae nunc inquirimus.

4. Nomina quae proprie de Deo dicuntur, quaedam negativa,

Dios, sino que comprende varios, a saber, todos aquellos que indican alguna virtud especial o acto de la voluntad divina, como la caridad, la misericordia, la justicia y otros similares, de los cuales hablaremos después. Por tanto, la bondad trascendental en Dios es, o bien la primera, o bien la segunda que hemos explicado, o ambas a la vez según los diversos modos de explicar la bondad trascendental de los que hablamos en la disputa 10 de la *Metafísica*. Pero principalmente suele denominarse a Dios "bueno" por la plenitud de toda perfección, y en cuanto que, desde esa plenitud, está propenso a difundirse y comunicarse a otros para quienes puede ser un bien. De este modo parece tratar principalmente la bondad de Dios Dionisio en el cap. 4 de *Los nombres divinos*. Así pues, queda claro que la bondad no añade nada a la esencia de Dios en la realidad (*secundum rem*), sino solo según una cierta connotación y relación de razón según nuestro modo de concebir; no porque la relación de razón sea la bondad, sino el fundamento de ella, como declaré en el lugar citado.

CAPÍTULO IX

SI SE ATRIBUYEN RECTAMENTE A DIOS OTROS PREDICADOS O ATRIBUTOS, Y DE CUÁNTAS CLASES SON ÉSTOS.

1. Se explica la causa de la duda. — El motivo de duda es que en lo anterior hemos explicado todos los predicados que pueden convenir a Dios en cuanto que es ente, y que pueden ser concebidos en Él por nosotros según una cierta coordinación esencial, mediante la conveniencia y la diferencia con las criaturas, hasta constituir la propia esencia de Dios; pero fuera de esto, nada más puede predicarse propiamente de Dios. Se prueba la [premisa] menor: porque si se predicara algo más, o es esencial o está fuera de la esencia. Esto último no puede decirse, porque hemos dicho que Dios encierra en su esencia toda su perfección. Si, por el contrario, se

dice lo primero, es necesario que tal predicado esté contenido bajo aquellos que ya han sido tratados; de otro modo, ciertamente la esencia de Dios no habría sido explicada por nosotros suficientemente; por lo tanto, nada más puede predicarse propiamente de Dios. En contra de esto está que profesamos según la fe que Dios es sabio, justo, misericordioso, inmutable, incomprensible, inefable y otras cosas similares, las cuales convienen a Dios no por metáfora, sino propiamente; y estos términos no son sinónimos ni entre sí ni con aquellos que hasta ahora hemos expuesto.

2. Esta última razón convence de que hay más predicados, además de los trascendentales, que se predican de Dios verdadera y propiamente. — Lo cual parece de hecho cierto por fe, según los varios modos de hablar de la Escritura que anotaremos en lo que sigue. [Consta] por el Concilio Letranense [IV], capítulo *Firmiter*, que dice: *Uno solo es el verdadero Dios, eterno, inmenso e incommunicable, incomprensible, omnipotente e inefable*. Y por el consenso común de la Iglesia, de los Padres y de los teólogos que hablan de los "atributos divinos", nombre con el que se significan estos predicados de Dios. La razón general es que en esta vida no podemos aprehender la perfección divina tal como es en sí misma, y por ello debemos necesariamente explicarla con muchos conceptos y nombres; los cuales, en cuanto se atribuyen a Dios (una vez concebido este ya de algún modo en su entidad y esencia), se llaman sus "atributos". Y se confirma por el misterio de la Trinidad, para cuya explicación nos es sumamente necesario concebir así la perfección divina; pues se nos enseña, según la doctrina católica, que una persona divina procede por el entendimiento y otra por la voluntad, y consecuentemente que hay en Dios entendimiento y voluntad, los cuales pueden predicarse de Dios.

3. Cómo se dicen los predicados de Dios respecto a sí mismo. — Para explicar, pues, esta verdad, deben

quaedam vero positiva sunt. — Secunda divisio sit eorum nominum quae proprie de Deo praedicantur: quaedam enim negativa sunt, alia positiva seu affirmativa. Divisio est Divi Thomae, 1 p., quaest. 13, articul. 2 et 12. Et est communis Patrum: Dionysii cap. 2 *De Coelesti Hierarchia*; Basilii libro 1 *Contra Eunomium*; Joannis Cyparissiotae, *Decade* 2, cap. 1 et *Decade* 4, cap. 10; Augustini tract. 23 in Joannem; Clementis Alexandrini lib. 5 *Stromatum*. Prioris generis sunt haec: Increatus, Incorporeus, Infinitus, Immensus, Immutabilis, Incomprehensibilis, Invisibilis, Ineffabilis. Haec enim tantum sex attributa formaliter et expresse negativa invenio, vel in Scriptura, vel in Patribus et scholasticis Deo attributa. Sunt vero tria alia quae in modo significandi non dicunt expressam negationem, et ideo sub opinione versantur an dicant negationem necne, quae sunt: *Simplex*, *Unus*, *Aeternus*. Ex quibus duo jam sunt a nobis explicata, et ultra rei entitatem nihil aliud quam negationem dicere ostensum est: nam per simplicitatem (ut recte dixit Divus Thomas in principio quaest. 3 suae 1 part.) non indicatur quomodo Deus sit, sed quomodo non sit; et idem est de unitate, per quam etiam negatur esse alios veros Deos. De aeternitate vero postea dicemus.

5. Nomina positiva seu affirmativa. — Posterioris generis sunt nomina illa quae perfectionem aliquam positivam formaliter indicant, inter quae sunt aliqua transcendentia quae jam etiam explicata sunt, ut *Ens* seu *Res*, vel *Aliquid*, *Verum* et *Bonum*, et omnia quae his correspondent, ut est *Essentia*, *Existentia*, *Bonitas*, *Veritas*; addi etiam potest *Subsistentia*, prout essentialis esse potest, quam in tractatum de Trinitate latius considerandam remisimus propter affinitatem quam habet cum proprietatibus personalibus, de quibus ibi etiam dicendum est. Unde in praesenti haec omnia

transcendentia et personalia a consideratione attributorum excludimus.

6. Alia ergo sunt praedicata Dei quae perfectionem (ut sic dicam) minus generalem significant, et haec subdistinguere possumus. — Nam quaedam sunt quae genus aliquod substantiae significant, alia quae circa substantiam sunt. Nam omnes hae voces transferuntur in Deum secundum aliquam convenientiam quam habet cum creaturis, quia non cognoscimus Deum prout in se est, sed ex effectibus ad illum ascendimus, eique tribuimus perfectiones quas in effectibus invenimus, quatenus perfectiones sunt. In nobis vero vel angelis, quaedam ex his praedicatis concipimus quatenus essentialia secundum rationes genericas (nam secundum specificas non possunt proprie Deo convenire); et hoc modo illa tribuimus Deo tanquam directe significantia ejus essentiam sub aliquo generali conceptu, quia licet proprie genus non sit, per modum praedicati communis essentialis significatur. Hujusmodi autem sunt haec: *Substantia*, *Spiritus*, *Vivens*, *Intellectualis*, quibus supra usi sumus ad declarandum aliquo modo quid Deus sit, et propterea haec etiam excludimus nunc a consideratione speciali attributorum quam inchoamus.

7. **Alia vero sunt inter haec praedicata quae in creaturis solent significare aliquid adjunctum essentiae et illam perficiens.** — Et in hac videtur proprie convenire quod Damascenus libro 1 capite 4 dicit: *Quaecumque de Deo per affirmationem dicimus, non ipsius naturam, sed quae circa ipsius naturam sunt, ostendunt*; quae verba suo loco infra expendemus. Oportet autem haec praedicata talia esse, ut in spiritualibus substantiis proprie reperiri possint, nam quae sunt limitata ad res corporeas, jam ostensum est non attribui Deo

anotarse algunas divisiones de los predicados de Dios, las cuales darán luz a todo lo que diremos. Primero: algunos se predican de Dios propiamente, otros metafóricamente. Así se toma de Santo Tomás (I parte, q. 13, art. 2 y 3). Y es evidente; pues del primer modo se dicen de Dios todas aquellas cosas que significan una perfección y que, en su razón formal, no involucran imperfección, como la Sabiduría o la Justicia. Del segundo modo se dicen aquellas que involucran imperfección en su concepto, como la penitencia, el dolor y similares. Sobre estos últimos nombres es cierto que no significan en Dios perfecciones o atributos distintos, ni en la realidad ni en la razón, de aquellos que se significan con nombres propios. Porque las realidades significadas propiamente por tales voces no se encuentran en Dios, ni bajo esa razón pueden atribuirse al Dios verdadero, sino bajo alguna metáfora por la cual dichas voces se trasladan para significar algo que se halla propiamente en Dios. De este modo, aquello que se significa metafóricamente mediante tales voces son las mismas perfecciones o atributos que se significan propiamente por otras voces. Por tanto, nada más hemos de decir sobre estas apelaciones metafóricas de Dios, salvo que tales nombres son, en primer lugar, todos aquellos que significan cosas corporales o partes de ellas, como dijimos arriba en el capítulo cuarto, donde citamos a los Padres que interpretan estas metáforas. Y del mismo género son todas las voces que en su significado propio y formal involucran imperfección, aunque puedan convenir no solo a las cosas corporales sino también a las espirituales, como dolerse, arrepentirse y similares; sobre las cuales los intérpretes de las Escrituras dicen mucho, y en el discurso de esta obra tocaremos algunas en la medida en que sea necesario para explicar cómo usamos ciertas locuciones en Dios, especialmente en la materia de la Trinidad. Los nombres, por tanto, que se atribuyen propiamente a Dios son aquellos que indican una perfección que prescinde de la materia y de toda

8. Objectio. — Enodatur. — Contra veritatem demonstratam solet objici: quia si Deus esset infinitum ens, non admitteret secum alia entia, sicut si esset infinitum corpus quantum, non admitteret secum alia corpora, quia ipsum occuparet omnia loca. Maxime vero quia si Deus esset infinitus in perfectione, deberet excludere omnem imperfectionem et consequenter omne malum. Sed haec facilia sunt, quia infinitas Dei non tollit singularitatem et unitatem essentiae Dei, neque enim est infinitas multitudinis sed intensiva entis; et ideo non tollit quin possint esse alia entia a quibus distinguatur Deus, hoc ipso quod ipse Deus est infinitus, alia vero finita: ille est a se, alia ab ipso.

Nec est simile de corpore quanto, nam illi naturale est excludere aliud quantum ab eodem loco; unum autem ens maxime per se subsistens non excludit alia entia a rerum universitate seu ab existendo, ut sic dicam. Quia entia non habent formalem repugnantiam in existendo simul in rerum natura, sicut habent duo quanta ad simul existendum in eodem spatio, vel duae qualitates contrariae ad simul existendum in eodem subjecto. Unde ulterius dicitur, si illa repugnantia quantitatum impediatur, non repugnare ex eo capite quod cum corpore uno infinitae magnitudinis

Y aunque sea verdad que la perfección de Dios puede ser participada por las criaturas de infinitos modos, sin embargo, en realidad todas esas perfecciones participables al infinito son en Dios una única perfección simplicísima y eminentísima, en la cual no se niega número alguno por el hecho de ser infinita. Podría, no obstante, declararse aquí de algún modo no improbable esa infinitud si decimos que la perfección de Dios es tal y tan grande que no puede ni debe concebirse como teniendo un término en su participabilidad, sino que más y más puede ser participada o comunicada al infinito. Sin embargo, mediante esa negación, incluso explicada de este modo, no se niega en Dios un término en el número de perfecciones que hay en Él mismo, sino que se niega el término que se entiende que tiene una realidad o perfección que puede participarse hasta cierto grado y no más allá.

4. Tercera opinión. — No se admite este parecer. — Otros dicen que por la negación que formalmente expresa la infinitud, se niega todo término por el cual las cosas suelen ser limitadas en su perfección. Pues la materia, a su modo, es limitada por la forma, y la forma por la materia, y la esencia creada por su propio ser (o por su relación a otro), y el ser mismo por la esencia, como por una potencia a la que actualiza. Asimismo, toda esencia específica es limitada y definida por su diferencia específica, mediante la cual contrae al género. En Dios, en cambio, nada de esto se encuentra debido a su simplicidad y actualidad suma, como se mostró arriba. Pero todas estas cosas, aunque sirvan para persuadir de la infinitud de Dios, sin embargo no declaran su "formalidad", por así decirlo; es decir, qué es lo que se niega formalmente por esa negación. Pues por ella no se niega la composición de materia y forma, ni de ser y esencia, ni de género y diferencia; pues estas cosas pertenecen a la negación que expresa la simplicidad. Además de que en esos modos de explicar se asumen muchos principios inciertos, como que el ser de la

criatura sea limitado por la esencia, o viceversa; o que la composición de género y diferencia repugne directamente a la infinitud, y cosas similares; las cuales son probables, pero no tan ciertas, incluso para la razón natural, como lo es la certeza de que Dios es infinito.

5. Verdadera explicación. — Consideremos, pues, qué significa en una esencia creada el ser finita y limitada, y entenderemos que la negación de esa limitación es lo que significa la infinitud de esencia atribuida a Dios. En las criaturas, se dice que una esencia es finita en el grado de ser porque es tal que no le repugna el que exista otra [esencialmente] más excelente en el grado de ser: nosotros, de hecho, no podemos concebir esa limitación tal como es en sí misma, y por eso la explicamos mediante esa comparación. De ahí que solamos decir también que alguna especie creada posee cierta infinitud relativa (*secundum quid*), en cuanto que puede contener bajo sí infinitas especies menos perfectas; del mismo modo que se dice que el hombre excede en cierto modo infinitamente a los animales brutos; sin embargo, es simplemente finito porque puede ser excedido por otra especie más perfecta, y así entendemos la finitud en los ángeles, en cuanto que cada uno puede tener un superior. Dios, por tanto, es llamado "infinito simplemente" de forma propia y casi *a priori*, porque es de tanta perfección que no puede tener en ella un superior ni un igual que sea de distinta naturaleza. Por lo cual, lo que muchos santos explican sobre qué es Dios —al decir que es "aquel ente del cual no puede pensarse nada mayor"— entiendo que es precisamente esta negación la que se significa mediante la infinitud. De ahí que en ella se contenga también aquella infinitud que se entiende como la posesión de toda perfección posible o pensable — posesión, digo, ya sea formal o eminentísima— con la suma perfección posible en cualquier perfección y modo de poseerla. Y finalmente, en esta negación se incluye también el contener bajo sí, sin término alguno, todas las cosas que de cualquier modo pueden pensarse como

sint alia corpora quanta, quia possent esse penetrative cum illo in eodem spatio. Ad aliam vero partem dicitur, recte concludere ab illo ente quod infinitum est, necessario excludi omnem imperfectionem et omne malum; nihil enim horum potest esse in Deo ex vi suae infinitae perfectionis. Quia sicut illa perfectio intelligitur quasi formaliter afficere ipsum Deum, ita intelligitur ab illo formaliter excludere omnem imperfectionem. At non sequitur illud ens infinitum excludere ab omni alio ente omnem imperfectionem vel malitiam, quia nec excludere potest formaliter, nam illa infinita perfectio non perficit formaliter alia entia; nec necesse est ut excludat effective, quia vel alia entia non sunt capacia, ut est evidens de imperfectionibus negativis et naturalibus, ut sunt esse composita, esse limitata, esse mutabilia vel annihilabilia vel corruptibilia respective et hujusmodi. Vel si capacia sint, Deus non est agens naturale ut necessario omne malum excludat, sed pro ratione sapientiae suae illud libere permittere potest, de quo alias.

CAPUT II

DE IMMENSITATE DEI EJUSQUE EXISTENTIA IN OMNIBUS REBUS SEU LOCIS.

1. Deum esse immensum, fide tenendum est. — Aliqui confundunt hoc attributum cum praecedenti. Contrarium verius est. — Deum esse immensum sub his expressis ac formalibus verbis catholica fides docet, in cap. *Firmiter*, de summa Trinitate et fide catholica, et in symbolo Athanasii: *Immensus Pater*, etc. Quia in Scriptura sacra eodem modo continetur, Baruch 3: *Immensus est et non habet finem*. Psalm. 138: *Si ascendero in caelum, tu illic es; si descendero in infernum, ades*. Et tamen additur 2 Paralip. 16: *Caelum et Caeli caelorum non te*

perfectas, aunque se proceda en ellas al infinito en grados de mayor y mayor perfección sin final. De este modo, pues, parece explicarse convenientemente la perfección que la Escritura pretende atribuir a Dios mediante esta negación, y la imperfección que de Él quiere excluir.

6. Se demuestra que Dios es infinito. — Y así es fácil demostrar que Dios es infinito a partir de lo dicho sobre la divina perfección. Pues, en cuanto a lo positivo indicado por esa negación, esto no es otra cosa que la misma consumada perfección de Dios, de la cual no puede pensarse otra mayor, ni puede faltarle nada que pueda pertenecer a la suma perfección del ente: por tanto, por la misma razón que consta que Dios es el sumo bien, consta que es infinito. En cuanto a la propia negación formal, debe probarse que Dios es infinito, ya sea a partir de la otra negación de "ser por otro", o bien a partir de la virtud de producir todo lo producible, cuales dos razones hemos perseguido extensamente en el citado lugar de la *Metafísica*. De donde puede añadirse que esta negación de infinitud puede aplicarse, o bien al mismo ser o esencia divina en cuanto tal (en cuanto que bajo un concepto adecuado, aunque confuso, se entiende que comprende toda la perfección esencial de Dios), o también puede aplicarse a atributos peculiares, del modo en que decimos que la sabiduría de Dios es infinita, y su ciencia, y su presencia, y cosas semejantes.

De la primera manera, pues, se establece en este lugar el atributo especial de la infinitud; a los otros atributos se acomoda proporcionalmente, como veremos en cada uno de ellos: pues cada uno se dice infinito en su género en cuanto que posee en él toda la perfección posible, sin que pueda pensarse tal perfección en un grado más alto. Por lo cual, según nuestro modo de concebir, puede demostrarse *a priori* la infinitud de cada atributo a partir de la infinitud de la esencia; y *a posteriori*, la infinitud de la esencia a partir de la infinitud de la omnipotencia, por ejemplo, como suele hacerse porque se conoce más fácilmente. No obstante, esta verdadera infinitud simple

capiunt. Eamdem veritatem docent sancti Patres; nam licet non omnes utantur illa voce immensitatis, rem ipsam declarant per hoc quod Deus totus ubique est et ita est in universis rebus, ut ab eis nec circumscribatur nec contineatur, ut patet ex Damasceno libro primo, capite octavo, ubi etiam vocat Deum *immensa vi praeditum*; et Basilius homilia in principium Evangelii Joannis; et Eucherius libro de spiritualibus formis, capite primo: *Deus (inquit) ubique totus et immensus*, et alii statim referendi. Sunt autem aliqui theologi qui hoc attributum confundant cum praecedenti, quod significat Bonaventura, 1, distinctione 43, articulo primo, quaestione secunda, et Albertus, ibi, articulo secundo. Sed revera sunt attributa ratione distincta: nam licet ex infinitate recte inferatur immensitas, tamen immensitas non dicit eamdem negationem quam infinitas. Nam infinitas negat terminum in perfectione essentiali, ut supra explicavimus; immensitas vero negat terminum in substantiali praesentialitate, ut sic dicam, seu negat terminum loci, ut more nostro loquamur.

Deinde per negationem infinitatis declaratur universe excellentia perfectionis essentialis Dei; per immensitatem vero declaratur talis modus existendi divinae essentiae et naturae ut, quantum est ex se et eodem modo permanens, possit esse intime praesens omnibus rebus et corporibus, non solum praesentibus sed etiam possibilibus, etiamsi in infinitum in multitudine et magnitudine augeantur. Quod sensu recte potest intelligi illud Psalmi 144: *Magnitudinis ejus non est finis*. Nam licet de quantitate perfectionis recte intelligatur, etiam de hac magnitudine immensitatis verissime dicitur et sub illa haec continetur.

2. Immensitatem dicere perfectionem per se notum est. — Unde immensitas sic declarata,

quantum ad positivum fundamentum illius negationis, magnam perfectionem dicit, ut per se notum videtur et inductione declarari potest. Nam in rebus corporeis et quantis posse esse alicubi praesentes perfectio aliqua est, essetque major si possent simul adesse multis locis, sed non sunt capaces tantae perfectionis. In rebus autem spiritualibus major perfectio est posse adesse alicubi sine commensuratione quantitativa, id est, [non] exhibendo partem sui parti loci et totam substantiam toti loco, sed totam substantiam exhibendo praesentem toti spatio et cuilibet parti ejus. Et quo substantia spiritualis perfectior est, eo majorem quamdam sphaeram habere potest in hac praesentialitate, et hoc plane ad perfectionem spectat. Ergo habere ex se infinitam quamdam praesentialitatem maxima perfectio est; ergo haec debita est divinae substantiae infinitae et summe spirituali, quia talis perfectio de se nullam includit imperfectionem. Unde ulterius, quia omnis perfectio in Deo esse debet per modum actus absque potentialitate, ideo non solum habet in substantia sua aptitudinem ad hanc praesentiam, sed ex parte sua actu illam habet semper ac necessario, quia hoc etiam pertinet ad immutabilitatem suam. Dico autem semper ex parte sua, quia praesentia videtur dicere relationem ad aliam rem cui altera dicitur esse praesens, et talem praesentiam Deus non habet necessario ad rem aliam extra se, quia nulla alia res necessario est. Ex parte ergo termini non est necessaria Deo semper talis praesentia, tamen ex parte fundamenti (ut ita rem explicemus) semper ac necessario est ex parte Dei tale fundamentum, quia hoc pertinet ad excellentiam ejus.

Atque in hunc modum explicata immensitate, facile est illam demonstrare vel *a priori* ex infinitate Dei et ex summa ejus perfectione, quia haec est perfectionis absolutae et sine imperfectione; vel etiam *a*

de la esencia divina comprende la infinitud de todos los atributos, del mismo modo que dijimos arriba que todos ellos pertenecen a su esencia.

7. **La infinitud de Dios implica [la imposibilidad de] ser comunicada a la criatura. — Razón.** — Más aún, puede entenderse fácilmente por lo dicho que esta infinitud es tan propia de Dios que implica absolutamente una contradicción el comunicarla a otra naturaleza, o a otro que no sea el mismo Dios. Añadimos esto por el inefable misterio de la Trinidad, en el cual toda la infinitud de la divinidad se comunica a cada una de las personas, pero no se comunica a otra naturaleza, sino que es la misma naturaleza numérica en todas ellas: y así todas las personas son el mismo Dios y el mismo ente simplemente infinito; y por ello esa comunicación no impide que esta infinitud sea propia de Dios, porque nunca se encuentra esa infinitud fuera de la naturaleza divina, la cual es una, singular e indivisa. Por tanto, lo que decimos que es repugnante [contradictorio] es que esa infinitud se comunique a otra naturaleza o sustancia infinita. La razón es que, por el hecho mismo de ser "otra" naturaleza, debe haber sido hecha por la propia divinidad: por tanto, es necesario que sea inferior a ella, luego no puede ser tal que no pueda existir otra mayor; por consiguiente, tiene término y limitación de perfección; no es, por tanto, infinita del modo en que la naturaleza divina es infinita. El primer antecedente se presupone de lo dicho en el libro 1, a saber: que el ente "por sí" mediante la esencia solo puede ser uno. La primera consecuencia es evidente, porque si una naturaleza es "hecha", es dependiente y proviene de la nada; por tanto, no es sumamente perfecta y, en consecuencia, es inferior. Las demás consecuencias son evidentes por sí mismas a partir de la definición dada sobre la infinitud. En este sentido enseñan comúnmente los teólogos que Dios no puede hacer un infinito por esencia de modo simple; consta en Santo Tomás (1ª

posteriori ex effectibus Dei, non tantum quos de facto operatus est, sed quos in infinitum operari potest sine ulla sui mutatione. Quae omnia late prosecuti sumus disputatione trigesima *Metaphysicae*, sectione septima, et ideo satis est illa summatim hic proponere.

3. Ex hoc attributo oritur ubiquitas Dei. — Ex hoc vero attributo sic explicato colligitur primo ubiquitas Dei, seu Deum esse ubique et in omnibus rebus. Quod etiam de fide certum est, ut notavit Chrysostomus Concil. 5, in ad Colossenses secundo: *Deus in caelo sursum et in terra deorsum*; per quae duo extrema comprehenduntur omnia media, sicut Jeremiae vigesimo tertio: *Caelum et terram ego impleo*. Et Esaiae sexagesimo sexto: *Caelum sedes mea est et terra scabellum pedum meorum*. Loquitur enim Scriptura hominibus more humano et ita ut describat Deum replentem omnia; utitur metaphora illa humanae positionis, ac si haberet pedes in terra et caput in caelo et corpore suo cetera repleret.
Hanc etiam veritatem docere voluit Christus Joannis quarto, quando Samaritanae interroganti de loco orationis respondit: Deum spiritum esse, et in spiritu et veritate debere adorari. Quae adoratio in spiritu inter alia hoc continet, quod non est ad certum locum definita, sed ubique fieri potest, quia ubique Deus est. Atque ita intellexerunt haec loca et veritatem hanc sancti Patres, quorum aliquos in citato loco *Metaphysicae* retuli. Et praeterea Dionysius, capite quinto *De divinis nominibus*, de Deo inquit: *Quae sunt omnia et ante habet, et subsistere facit omnibus, et ubique praesens*. Athanasius libro quod perfectum hominem assumpserit Deus, ad Liberium: *Deus (inquit) spiritus est loco incomprehensibilis, neque uspiam est regio ubi non existat*. Unde ratio, contra Idol. Post medium ait: *Notum est omnibus, Deum esse ubique*. Basilius oratione in principio Evangelii Joannis: *Totum (ait) quodcumque noveris et*

parte, q. 7, art. 2) y en otros teólogos en [las distinciones] 42 y 43 del libro 1.
En este punto suelen también disputar si Dios puede hacer un infinito en magnitud (extensión) y en multitud (número). Pero esta cuestión no pertenece a la explicación de la infinitud de Dios. Pues, si Dios no puede hacer tal infinito, no es por defecto de su potencia, por lo que no disminuye su perfección, sino que más bien se muestra la excelencia y singularidad de su infinitud. Y si puede hacerlo, esa infinitud no es comparable con la infinitud de Dios, y por tanto no anula la singularidad o propiedad de esta. Por ello, para explicar el presente atributo, esa cuestión no es necesaria; además, es una cuestión filosófica que ya hemos disputado diligentemente en los libros de la *Física* y es muy útil, por lo que he decidido omitirla en este lugar.

8. Objeción. — Se resuelve. — Contra la verdad demostrada suele objetarse: que si Dios fuera un ente infinito, no admitiría consigo otros entes, del mismo modo que si hubiera un cuerpo cuantitativamente infinito, no admitiría consigo otros cuerpos porque él mismo ocuparía todos los lugares. Y sobre todo porque, si Dios fuera infinito en perfección, debería excluir toda imperfección y, por consiguiente, todo mal. Pero estas cosas son fáciles [de responder], porque la infinitud de Dios no anula la singularidad y unidad de la esencia de Dios; pues no es una infinitud de multitud (numérica), sino intensiva del ser. Por ello, no impide que puedan existir otros entes de los cuales Dios se distinga por el hecho mismo de que Dios es infinito y los otros finitos: Él es "por sí", los otros por Él.
Tampoco es similar al caso del cuerpo extenso, pues a este le es natural excluir a otra cantidad del mismo lugar; en cambio, un ente que es máximamente subsistente por sí mismo no excluye a otros entes de la universalidad de las cosas o del "existir", por así decirlo. Porque los entes no tienen una repugnancia formal a existir simultáneamente en la naturaleza de las cosas, como la tienen dos

cantidades para existir simultáneamente en el mismo espacio, o dos cualidades contrarias para existir simultáneamente en el mismo sujeto. De donde se dice además que, si se impidiera esa repugnancia de las cantidades, no habría contradicción por el hecho de que, junto a un cuerpo de magnitud infinita, existieran otros cuerpos cuantitativos, ya que podrían estar por penetración con aquel en el mismo espacio. A la otra parte [de la objeción] se dice que se concluye rectamente que de aquel ente que es infinito queda excluida necesariamente toda imperfección y todo mal; pues nada de esto puede estar en Dios por la fuerza de su infinita perfección. Porque, así como se entiende que esa perfección afecta casi formalmente a Dios mismo, así se entiende que excluye formalmente de Él toda imperfección. Pero no se sigue que ese ente infinito excluya de cualquier otro ente toda imperfección o malicia, porque ni puede excluirla formalmente (pues esa infinita perfección no perfecciona formalmente a los otros entes), ni es necesario que la excluya efectivamente, ya sea porque los otros entes no son capaces [de tal perfección], como es evidente en las imperfecciones negativas y naturales (como ser compuestos, ser limitados, ser mudables o aniquilables, o corruptibles respectivamente, y cosas semejantes); o bien, si son capaces, porque Dios no es un agente natural que deba excluir necesariamente todo mal, sino que, según la razón de su sabiduría, puede permitirlo libremente, sobre lo cual [trataremos] en otro lugar.

CAPÍTULO II

SOBRE LA INMENSIDAD DE DIOS Y SU EXISTENCIA EN TODAS LAS COSAS O LUGARES.

1. Que Dios es inmenso debe sostenerse por fe. — Algunos confunden este atributo con el precedente. Lo

quocumque spiritu tuo penetraveris, Deo plenum invenies. Idem habet Gregorius Nyssenus Oratione in id: *Faciamus hominem*, et caetera. Chrysostomus homilia decima septima in Genes.: *Non ambulat Deus, absit; quomodo enim ambularet qui ubique praesens et omnia implet?* Idem Cyrillus libro primo in Joannem, capite nono, et libro *Thesauri*, capite septimo, ait Deum replere et penetrare omnia.
Cyprianus *De idolorum vanitate* post multa concludit: *Ergo Deus unus est et ubique totus diffusus*; quae verba notanda sunt. Hilarius primo *De Trinitate*: *Nullus sine Deo, neque ullus non in Deo locus est*. Idem libro secundo: *Deus ubique est*. Idem Augustinus libro quinto *De Trinitate*, capite primo: *Intelligamus Deum sine situ praesentem*. Et libro septimo *De Civitate*, capite trigesimo. Et optime Origenes homilia duodecima in Genesim et libro primo in Joannem. Anastasius Sinaita libro secundo *De rectis fidei dogmatibus*: *Deus (inquit) essentia cum sit, quae sunt omnia divina sua adimplet essentia, estque in omnibus quae sunt*.

4. Triplici modo est Deus in rebus. — Haec autem veritas sequitur evidenter ex attributo immensitatis, advertendo per hanc ubiquitatem seu existentiam in rebus non addi Deo aliquam perfectionem vel modum realem, sed solum concomitantiam quamdam alterius rei vel aliarum rerum existentium, quae eo ipso quod sunt, intra se habent divinam substantiam praesentem, id est, omnino indistantem ab ipsis: hoc enim significamus cum dicimus Deum esse in ipsis. Ad quod magis explicandum distinguunt theologi tres modos existendi Dei in rebus: per praesentiam, per potentiam et per essentiam; insinuatos a Gregorio homilia octava in Ezechielem et declaratos optime a Divo Thoma quaestione octava, articulo tertio, et magistrorum expositoribus in primo, distinctione trigesima septima.

Quibus locis inter scholasticos longa disputatio fit de significatione illorum verborum. Sed in re clara, et in qua solum esse potest quaestio de significatione vocis, non oportet contendere, sed meliorem magisque usitatam eligere significationem. Igitur "praesentia" in communi usu dicitur in ordine ad intuitionem, et potissime dicitur de objecto praesenti: tamen inde etiam persona quae alteram rem intuetur dicitur illi esse praesens, atque hoc modo dicitur esse Deus per praesentiam in omnibus rebus, inspiciendo et intuendo omnia clarissime, juxta illud ad Hebraeos quarto: *Non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus, omnia autem nuda et aperta sunt oculis ejus*. Jeremiae vigesimo tertio: *Si occultabitur vir in absconditis, et ego non videbo eum?* Haec vero praesentia non ad praesens attributum, sed ad scientiam Dei spectat, intelligereturque esse in Deo etiamsi in caelo tantum esset, atque inde omnia videret; proprieque dicitur ratione scientiae visionis, quae ad res ut existentes terminatur.

Et ideo non sequitur, ut Durandus objicit, Deum esse in rebus per potentiam, quatenus virtute sua et actione omnia continet et conservat, et cum omnibus actu operatur, juxta illud ad Hebraeos primo: *Portansque omnia verbo virtutis suae*; et Actuum decimoseptimo: *In ipso enim vivimus, movemur et sumus*. Et hic etiam modus directe et per se non spectat ad praesens attributum, sed ad Dei omnipotentiam, providentiam, gubernationem ac creationem. Dico autem directe et per se, nam consequenter vel per illationem pertinere fortasse potest, ut statim dicam.

Tertio ergo modo dicitur Deus esse in rebus creatis per essentiam, id est, per indistantiam essentiae suae ab omnibus rebus creatis, quae vocatur praesentia substantialis in omnibus illis; et de hac est proprie in praesenti sermo. Et hanc dico evidenter inferri ex immensitate, quia Deus per immensitatem suam intelligitur esse

contrario es más verdadero. — La fe católica enseña que Dios es inmenso bajo estas expresas y formales palabras en el cap. *Firmiter* (Sobre la Suma Trinidad y la fe católica) y en el símbolo de Atanasio: *Inmenso el Padre*, etc. Porque en la Sagrada Escritura se contiene del mismo modo, Baruc 3: *Es inmenso y no tiene fin*. Salmo 138: *Si subo al cielo, allí estás Tú; si bajo al infierno, allí estás presente*. Y también se añade en 2 Paralipómenos [Crónicas] 16: *El cielo y los cielos de los cielos no pueden contenerte*. La misma verdad enseñan los santos Padres; pues aunque no todos usen ese término "inmensidad", declaran la realidad misma por el hecho de que Dios está todo entero en todas partes, y de tal modo está en todas las cosas que por ellas ni es circunscrito ni contenido, como consta en el Damasceno, libro primero, capítulo octavo, donde también llama a Dios *dotado de inmensa fuerza*; y Basilio en la homilía sobre el principio del Evangelio de Juan; y Euquerio en el libro sobre las formas espirituales, capítulo primero: *Dios (dice) está todo en todas partes y es inmenso*, y otros enseguida han de ser referidos. Hay, sin embargo, algunos teólogos que confunden este atributo con el precedente, cosa que indican Buenaventura (I, distinción 43, artículo 1, cuestión 2) y Alberto (ibíd., artículo 2). Pero, en realidad, son atributos distintos según la razón: pues aunque de la infinitud se infiera rectamente la inmensidad, esta no expresa la misma negación que la infinitud. Pues la infinitud niega el límite en la perfección esencial, como explicamos arriba; la inmensidad, en cambio, niega el límite en la "presencialidad" sustancial, por así decirlo, o niega el límite de lugar, para hablar según nuestro modo [humano].

Además, mediante la negación de la infinitud se declara universalmente la excelencia de la perfección esencial de Dios; en cambio, mediante la inmensidad se declara tal modo de existir de la esencia y naturaleza divina que, por lo que a ella respecta y permaneciendo del mismo modo, puede estar íntimamente presente en todas las cosas y cuerpos, no solo en los presentes sino también en los

posibles, aunque estos aumentaran al infinito en número y magnitud. En este sentido puede entenderse rectamente aquello del Salmo 144: *Su grandeza no tiene fin*. Pues aunque se entienda rectamente sobre la magnitud de su perfección, también se dice con suma verdad sobre esta magnitud de la inmensidad, la cual queda contenida bajo aquella.

2. Que la inmensidad expresa una perfección es evidente por sí mismo. — De ahí que la inmensidad así declarada, en cuanto al fundamento positivo de tal negación, expresa una gran perfección, como parece evidente por sí mismo y puede declararse por inducción. Pues en las cosas corpóreas y cuantitativas, el poder estar presentes en algún lugar es alguna perfección, y sería mayor si pudieran estar presentes simultáneamente en muchos lugares, pero no son capaces de tanta perfección. En cambio, en las cosas espirituales es mayor perfección el poder estar presente en algún lugar sin conmensuración cuantitativa, es decir, [no] ofreciendo una parte de sí a una parte del lugar y toda la sustancia al todo del lugar, sino ofreciendo toda la sustancia presente a todo el espacio y a cada una de sus partes. Y cuanto más perfecta es una sustancia espiritual, tanto mayor "esfera" puede tener en esta presencialidad, y esto pertenece claramente a la perfección. Por lo tanto, tener por sí misma una presencialidad infinita es una máxima perfección; luego esta es debida a la sustancia divina infinita y sumamente espiritual, porque tal perfección no incluye en sí ninguna imperfección. De donde se sigue que, puesto que toda perfección en Dios debe existir en modo de acto sin potencialidad, por ello no solo posee en su sustancia la aptitud para esta presencia, sino que por su parte la posee siempre y necesariamente en acto, porque esto también pertenece a su inmutabilidad. Y digo siempre "por su parte", porque la presencia parece expresar una relación hacia otra cosa a la cual se dice que la primera está presente, y Dios no tiene tal presencia necesariamente hacia otra cosa fuera de sí, ya que

ita dispositus et quasi diffusus (nostro more loquendi) ad existendum per essentiam seu substantialem praesentiam in quacumque re, ut nihil ex parte illius ad illam desit; ac proinde eo ipso quod aliquid aliud creatur seu est, necessario est [indistans] a substantia Dei, et substantia Dei ab ipso: hoc autem est esse Deum in tali re per essentiam. Unde si per impossibile posset aliqua res existere sine efficientia Dei, nihilominus Deus esset in illa per essentiam suam eo ipso quod alia res esset, quia non posset talis entitas non habere intra se intime entitatem Dei. Et ita clare cernitur distinctio inter hunc modum praesentiae per essentiam ab aliis duobus. Primum ex his modis significavit supra Gregorius cum dixit: *Deus ubique praesens est*. Secundum dicens: *Omnia tangit et vivificat*. Tertium cum ait: *Incircumscriptus est et ubique totus*. Quae multis aliis verbis declarat. Sunt autem alii duo singulares modi quibus Deus dicitur esse vel in sanctis per gratiam sanctificantem, vel in Christi humanitate per gratiam unionis suae, qui non pertinent ad praesens atributum; et hic ultimus longum requirit tractatum, de quo in primo tomo, tertia parte dictum est. De altero vero nonnihil dicemus infra libro duodecimo, *De Trinitate*, explicando invisibilem Spiritus Sancti missionem.

5. Proprie convenit Deo esse ubique ex necessitate. — Ex dictis intelligere licet hoc praedicatum essendi in rebus seu ubique proprie et actualiter non convenire Deo ex necessitate, sed dependenter a libertate sua; in quo multum differt ab attributo immensitatis. Nam hoc convenit Deo omnino necessario, immutabiliter et ab aeterno: nam semper Deus tam immensus fuit sicut nunc est, et licet nihil extra se produceret, immensus semper esset, quia illa perfectio et intrinsecus modus essendi divinae substantiae, quam immensitas supponit et in qua

negat terminum, absoluta perfectio Dei est, nullo modo pendens ex creatura. At vero "esse in rebus" actualiter, et similiter "esse ubique", connotant aliquam rem extra Deum actualiter existentem in qua Deus dicatur existere. Hoc autem simpliciter necessarium non est, sed liberum Deo, ut supponimus; et ideo praedicatum illud non est ex attributis quae Deo necessario conveniunt necessitate absoluta, sed tantum conditionata, quia si alia res sit, necesse est ut Deus sit in illa ratione suae immensitatis. Et ideo tale praedicatum ex tempore incepit convenire Deo, quia (ut supponimus) nihil extra ipsum ab aeterno realiter extitit. Neque hinc sequitur mutatio aliqua vel additio quae in Deo fiat, sed tantum in creatura, quia Deum esse in creatura ultra immensitatem ejus nihil intrinsecum in eo ponit, sed solam denominationem extrinsecam, ortam ex coexistentia creaturarum cum ipso, seu ex relatione creaturarum ad ipsum, cui ex parte Dei nulla relatio realis ad creaturam correspondet, quia Deus non est capax talium relationum, ut nunc etiam supponimus; et in capite sequenti et in ultimo hujus libri aliquid de hoc dicemus, nam generale est ad omnia quae ex tempore de Deo dicuntur.

6. Existentia Dei actualis ex actione ad extra pendet. — Hinc etiam intelligitur hanc existentiam Dei in creaturis, licet fundamentaliter supponat immensitatem, tamen ut actualiter sit, pendere ex actione Dei ad extra quam necessario supponit. Hoc patet primo, quia hoc praedicatum essendi in rebus et liberum et temporale est; ergo est tale ab actione Dei libera et temporali; ergo ab actione Dei transeunte, seu ut habente actu terminum ad extra, quod non est nisi actio ad extra. Patet utraque consequentia, quia nihil habet esse liberum nisi vel quatenus actio libera est, vel quatenus ab actione libera pendet et in ea aliquo modo fundatur. Actio autem libera et

ninguna otra cosa existe necesariamente. Por tanto, por parte del término [la criatura], no siempre es necesaria para Dios tal presencia; sin embargo, por parte del fundamento (para explicarlo así), siempre y necesariamente existe por parte de Dios tal fundamento, porque esto pertenece a su excelencia.

Y explicada la inmensidad de este modo, es fácil demostrarla, ya sea *a priori* desde la infinitud de Dios y desde su suma perfección (puesto que esta es una perfección absoluta y sin imperfección), o bien *a posteriori* desde los efectos de Dios, no solo los que de hecho ha obrado, sino los que puede obrar hasta el infinito sin mudanza alguna en sí mismo. Todo lo cual tratamos extensamente en la disputa trigésima de la *Metafísica*, sección séptima, y por ello basta proponerlo aquí sumariamente.

3. De este atributo nace la ubicuidad de Dios. — De este atributo, así explicado, se colige en primer lugar la ubicuidad de Dios, es decir, que Dios está en todas partes y en todas las cosas. Lo cual es también cierto por fe, como notó Crisóstomo en el Concilio 5º, sobre el segundo [capítulo] a los Colosenses: *Dios en el cielo arriba y en la tierra abajo*; mediante cuyos dos extremos se comprenden todos los medios, como en Jeremías, capítulo veintitrés: *Yo lleno el cielo y la tierra*. Y en Isaías, sesenta y seis: *El cielo es mi trono y la tierra el estrado de mis pies*. Pues la Escritura habla a los hombres al modo humano y, para describir que Dios lo llena todo, utiliza esa metáfora de la posición humana, como si tuviera los pies en la tierra y la cabeza en el cielo, y con su cuerpo llenara lo demás.

Esta misma verdad quiso enseñar Cristo en el cuarto [capítulo] de Juan, cuando respondió a la samaritana que preguntaba sobre el lugar de la oración: que Dios es espíritu, y que debe ser adorado en espíritu y en verdad. Esta adoración en espíritu contiene, entre otras cosas, que no está definida en un lugar cierto, sino que puede hacerse en todas partes, porque Dios está en todas partes.

temporalis non est in Deo nisi actio ad extra; nam actus immanentes ut sic, etiam si liberi sint, ab aeterno sunt, etiam secundum suam terminationem liberam; ergo cum hoc praedicatum non solum sit suo modo liberum sed etiam temporale, omnino pendet ex actione Dei ad extra.

Unde licet supra dixerimus: si res aliqua extra Deum habere posset existentiam sine actione Dei, necessario futurum fuisse Deum in illa per essentiam ex vi immensitatis; hoc solum verum est ex hypothesi: tamen quia illa hypothesis est impossibilis simpliciter, quia nulla res extra Deum potest habere existentiam sine effectione Dei, ideo absolute supponenda est illa actio ut Deus sit in rebus.

7. **Dubium.** — Hic vero statim suboritur quaestio, an ex actione Dei in rebus colligatur bene existentia Dei in illis, vel potius ex praesentia colligenda sit actio. Sed hanc quaestionem late tractavi in citato loco *Metaphysicae* et ideo illam omitto, licet soleat disputari inter D. Thomam et Scotum in 1 parte, quaestione octava. Nam D. Thomas illa ratione utitur, quae non placet Scoto. Est autem ratio satis philosophica et consentanea Scripturis, ut ibi dictum est. Sive illatio nitatur in hoc, quod nulla causa agit in distans, sive (quod facilius est) in hoc, quod causa perfectissimo agens modo, perfecte etiam adest suo effectui illumque secum conjunctum habet, ut illi perfecte dominetur.

Potest autem hoc modo ex actione Dei inferri *a posteriori* immensitas ipsius, quia sicut agit in hoc universum quod creavit, posset agere in aliud duplo majus et sic in infinitum, et in plures alios mundos sine termino et sine sui mutatione. Actualis vero praesentia substantialis ad omnes res existentes colligitur *a priori* ex immensitate; necessarium vero est adjungere actionem, ut per eam possint creaturae habere

Y así entendieron estos pasajes y esta verdad los santos Padres, algunos de los cuales cité en el lugar mencionado de la *Metafísica*. Y además Dionisio, en el capítulo quinto de *Los nombres divinos*, dice sobre Dios: *Posee todas las cosas que son y las posee antes [de que sean], y hace subsistir todas las cosas, y está presente en todas partes*. Atanasio, en el libro sobre que Dios asumió un hombre perfecto, dirigido a Liberio: *Dios (dice) es espíritu incomprensible por el lugar, y no hay región alguna donde no exista*. Por lo cual la razón, contra los ídolos, después Athanasio dice en medio [de su obra]: *Es conocido por todos que Dios está en todas partes*. Basilio, en la oración sobre el principio del Evangelio de Juan: *Todo cuanto conozcas (dice) y en cualquier lugar donde penetres con tu espíritu, lo encontrarás lleno de Dios*. Lo mismo sostiene Gregorio de Nisa en la Oración sobre aquello de: *Hagamos al hombre*, etc. Crisóstomo, en la homilía decimoséptima sobre el Génesis: *Dios no camina, ¡líbrenos Dios!; pues ¿cómo caminaría quien está presente en todas partes y lo llena todo?* Del mismo modo Cirilo, en el libro primero sobre Juan, capítulo noveno, y en el libro del *Tesoro*, capítulo séptimo, dice que Dios llena y penetra todas las cosas.

Cipriano, en *Sobre la vanidad de los ídolos*, tras muchos argumentos concluye: *Por tanto, Dios es uno y está todo difundido por todas partes*; palabras que deben notarse. Hilario, en el [libro] primero *Sobre la Trinidad*: *Ningún lugar existe sin Dios, ni hay lugar alguno que no esté en Dios*. Asimismo en el libro segundo: *Dios está en todas partes*. También Agustín, en el libro quinto *Sobre la Trinidad*, capítulo primero: *Entendamos a Dios como presente sin estar situado*. Y en el libro séptimo de *La Ciudad [de Dios]*, capítulo trigésimo. Y óptimamente Orígenes en la homilía duodécima sobre el Génesis y en el libro primero sobre Juan. Anastasio Sinaíta en el libro segundo *Sobre los rectos dogmas de la fe*: *Dios (dice), puesto que es esencia, llena con su divina esencia todas las cosas que existen, y está en todo lo que es*.

existentiam et ita compleantur quae conditiones necessariae ad illam denominationem; duae sunt tanquam fundamentum et terminus, unde consurgit relatio et denominatio. Nam fundamentum ponitur ex vi immensitatis, terminus ponitur per actionem Dei. Ex sola vero actione *a posteriori* infertur supponi in Deo quicquid necessarium est ad illam praesentiam: quandoquidem posito termino illius denominationis per actionem, non potest deesse denominatio seu praesentia. Et ita est facilis ratio, non est tamen evidentior quam sit illud principium in quo fundatur. Reliqua in citato loco videri possunt.

8. Ita Deum esse in rebus ut non finiatur ab illis. — Ultimo addendum est, et sequitur etiam ex dictis, Deum ita esse nunc ubique, id est, in omnibus rebus existentibus, ut non definiatur nec circumscribatur illis. Hoc etiam est certissimum et absolute loquendo videtur de fide: nam hac ratione dicitur in Scriptura Deus non capi locis creatis, nec solis illis contineri, 3 Regum octavo: *Si caelum et caeli caelorum te capere non possunt*; et Job undecimo, ea ratione dicitur Deus *excelsior caelo, profundior inferno et longior terra*; et Ecclesia dicit Beatissimae Virgini Dei Genitrici: *Quem caeli capere non poterant*, et cetera.

Ita etiam frequenter loquuntur sancti, et hoc sensu negant posse Deum circumscribi; loquuntur enim non solum de propria circumscriptione corporali et cum extensione quantitatis (nam eo ipso quod Deus corporeus non est, constat non esse capacem talis circumscriptionis), sed nomine circumscriptionis intelligunt quamcumque inclusionem et definitionem ad finitum spatium seu locum extra quem res non sit. Quomodo etiam angeli dicuntur circumscribi vel (ad tollendam aequivocationem) definiri loco.

Sic dixit Basilius homil. in principium Evangelii Joannis: *Deum*

4. Dios está en las cosas de tres modos. — Esta verdad se sigue evidentemente del atributo de la inmensidad, advirtiendo que por esta ubicuidad o existencia en las cosas no se añade a Dios ninguna perfección o modo real, sino solo una cierta concomitancia de otra cosa o de otras cosas existentes que, por el hecho mismo de ser, tienen dentro de sí presente la sustancia divina, es decir, totalmente indistante de ellas: pues esto significamos cuando decimos que Dios está "en ellas". Para explicar más esto, los teólogos distinguen tres modos de existencia de Dios en las cosas: por *presencia*, por *potencia* y por *esencia;* insinuados por Gregorio en la homilía octava sobre Ezequiel y declarados óptimamente por Santo Tomás en la cuestión octava, artículo tercero, y por los expositores del Maestro [de las Sentencias] en el libro primero, distinción trigésima séptima.

En tales pasajes se da entre los escolásticos una larga disputa sobre el significado de esas palabras. Pero en una realidad clara, y en la que solo puede haber duda sobre el significado del vocablo, no conviene pelear, sino elegir la significación mejor y más usual. Así pues, la "presencia" en el uso común se dice en orden a la intuición, y se dice principalmente del objeto presente; no obstante, de ahí también se dice que la persona que intuye otra cosa está presente a ella, y de este modo se dice que Dios está en todas las cosas por presencia, inspeccionando e intuyendo todas las cosas clarísimamente, según aquello de Hebreos 4: *No hay criatura invisible en su presencia, sino que todas están desnudas y abiertas a sus ojos*. Y en Jeremías 23: *¿Se ocultará el hombre en escondrijos y yo no lo veré?* Esta presencia, en verdad, no pertenece al presente atributo, sino a la ciencia de Dios, y se entendería que está en Dios aunque estuviera solamente en el cielo y desde allí lo viera todo; se dice propiamente en razón de la ciencia de visión, que se termina en las cosas en cuanto existentes.

Y por esto no se sigue [lo que otros dicen], como objeta Durando: que Dios está en las cosas por **potencia**, en cuanto que con su virtud y acción lo contiene y conserva

todo, y opera en acto con todas las cosas, según aquello de Hebreos 1: *Sosteniendo todas las cosas con la palabra de su poder*; y en Hechos 17: *En Él vivimos, nos movemos y somos*. Y este modo tampoco pertenece directa y por sí mismo al presente atributo, sino a la omnipotencia, providencia, gobierno y creación de Dios. Digo "directa y por sí mismo", pues por consecuencia o por inferencia tal vez pueda pertenecer, como diré enseguida.

De un tercer modo, por tanto, se dice que Dios está en las cosas creadas por *esencia*, esto es, por la falta de distancia de su esencia respecto a todas las cosas creadas, la cual se llama presencia sustancial en todas ellas; y de esta se trata propiamente en este lugar. Digo que esta se infiere evidentemente de la inmensidad, porque se entiende que Dios, por su inmensidad, está de tal modo dispuesto y como difundido (según nuestro modo de hablar) para existir por esencia o presencia sustancial en cualquier cosa, que nada falta por su parte respecto a ella; y por tanto, por el hecho mismo de que algo sea creado o exista, necesariamente está [indistante] de la sustancia de Dios, y la sustancia de Dios de ello: esto es, precisamente, estar Dios en tal cosa por esencia. Por lo cual, si por un imposible pudiera existir alguna cosa sin la eficiencia de Dios, no obstante Dios estaría en ella por su esencia por el solo hecho de que existiera otra cosa, ya que tal entidad no podría no tener dentro de sí, íntimamente, la entidad de Dios. Y así se ve claramente la distinción entre este modo de presencia por esencia y los otros dos. Gregorio significó el primero de estos modos arriba cuando dijo: *Dios está presente en todas partes*. El segundo al decir: *Todo lo toca y lo vivifica*. El tercero cuando dice: *Es incircunscrito y está todo en todas partes*. Lo cual declara con muchas otras palabras. Existen además otros dos modos singulares por los que se dice que Dios está, o bien en los santos por la gracia santificante, o bien en la humanidad de Cristo por la gracia de su unión, los cuales no pertenecen al presente atributo; y este último requiere un largo tratado, del cual se habló en la tercera parte del primer tomo. Del otro

non contineri loco, nec in circumsepto aliquo, aut in circumscriptione certa deprehendi; et subdit rationem: *Quia infinitus est*. Sic dixit Chrysostomus homilia 4 in Joannem: licet Deus innumeros mundos crearet sine sui mutatione, sufficientem esse ad gubernandos omnes, eodem utique modo et cum eadem praesentia cum qua in hoc existit. Sic etiam dixit Athenagoras in *Legatione pro Christianis*: *Deus ita mundum excedit, ut adimpleat undequaque quicquid supra ipsum est, nec locum ullum a se vacuum relinquat*. Sic etiam dixit Theodoretus serm. 2 *De Providentia*: *Omnia item complectitur ipse a nullo circumscriptus*; et Prudentius in hymno de S. Romano, de Deo eleganter dixit: *Deus perennis, res inaestimabilis, extraque et intus replet ac superfluit*. Augustinus etiam late hoc docet 11 *De Civit.* Significat etiam Boethius lib. 1 *De Trinitate*; in hoc enim sensu ait: *Omne locum adesse Deo, cum nullus locus sufficiens sit ad ipsum capiendum*; et Gregorius, 2 Moral. cap. 1: *Deum (ait) ita manere intra omnia, ut sit extra omnia*, etc. Denique ex divina immensitate hoc evidenter sequitur. Quia Deus non ita clauditur in hoc universo quin de se sit sufficiens ad existendum in alio duplo et triplo majoris magnitudinis sine ullo termino. Hic vero occurrebat statim quaestio, an dicendus sit Deus esse extra hoc universum vel in spatiis imaginariis; sed eam late tractavi in dicto loco *Metaphysicae*, neque nunc novi aliquid occurrit addendum.

9. Objectioni occurritur. — Contra veritatem catholicam nihil occurrit objiciendum quod difficultatem magnam habeat. Nam illud quod mens nostra non satis concipit — quomodo possit una indivisibilis et simplicissima res esse tota in tam magna mole vel infinito spatio, et tota in singulis partibus et punctis ejus— hoc, inquam, suo modo commune est omnibus rebus spiritualibus et animae nostrae; et licet non satis intelligatur, quia non

concipimus spiritualia prout in se sunt, ex effectibus ipsis necessarium esse cognoscitur et non invenitur in illa proprietate repugnantia. Multo ergo majori ratione intelligimus illam proprietatem convenire divinae substantiae modo altiori et proportionato illi, ac proinde sine limitatione, quod per immensitatem intelligimus.

Unde quod aliunde objici potest, quia videtur ille modus diffusionis et quasi extensionis repugnare divinae substantiae propter simplicitatem ejus, tam in entitate sua quam in omni modo illius (quia modus ille praesentiae videtur habere aliquem modum extensionis etiam in spiritualibus rebus); hoc, inquam, in dicta sectione septima, in fine ejus expeditum est, dicendo hanc substantialem praesentiam Dei omnino indivisibilem esse, non solum in se, sed etiam prout correspondet partibus spatii vel rei in qua esse intelligitur, et in hoc superare omnem praesentiam spiritualis creaturae cum quadam excellentia incommunicabili omni creaturae, ut nos credimus.

Denique, quod aliqui admirantur quomodo possit sine indecentia intelligi substantia Dei realiter praesens locis immundissimis; hoc sane valde populare est, cum enim nullum commercium in hoc sit inter corpus et spiritum, et Deus ipse per se faciat vel conservet quicquid entitatis est in hujusmodi rebus, in eis est et decentissimo et dignissimo modo, sine umbra imperfectionis. De qua re legi potest Augustinus libro *De natura boni*, cap. 39, et libro *De agone christiano*, cap. 18, et Hugo de Sancto Victore lib. 1 *De Sacramentis*, par. 3, cap. 17, et Magister cum Doctoribus in 1, dist. 37.

10. Objectio. — Tandem contra probationes ex Scriptura objici potest, quia in eis videtur esse sermo de existentia Dei in rebus per praesentiam cognitionis, et hoc modo dicitur ese ubique, nec est

[modo de presencia], diremos algo más adelante en el libro duodécimo, *Sobre la Trinidad*, al explicar la misión invisible del Espíritu Santo.

5. En qué sentido conviene propiamente a Dios estar en todas partes por necesidad. — De lo dicho se puede entender que este predicado de "estar en las cosas" o "en todas partes", propia y actualmente, no conviene a Dios por necesidad, sino dependiendo de su libertad; en lo cual difiere mucho del atributo de la inmensidad. Pues la inmensidad conviene a Dios de modo totalmente necesario, inmutable y desde la eternidad: porque Dios siempre fue tan inmenso como es ahora, e incluso aunque no produjera nada fuera de sí, sería siempre inmenso; ya que esa perfección y modo intrínseco de ser de la sustancia divina, que la inmensidad supone y en la cual niega todo límite, es una perfección absoluta de Dios que no depende de ningún modo de la criatura. En cambio, "estar en las cosas" actualmente y, del mismo modo, "estar en todas partes", connotan alguna realidad fuera de Dios que existe actualmente, en la cual se diga que Dios existe. Pero esto no es simplemente necesario, sino libre para Dios, según presuponemos; y por ello ese predicado no figura entre los atributos que convienen a Dios con necesidad absoluta, sino solo condicionada: porque, si existe otra cosa, es necesario que Dios esté en ella en razón de su inmensidad. Y por ello tal predicado comenzó a convenir a Dios en el tiempo, ya que (como suponemos) nada fuera de Él existió realmente desde la eternidad. Ni de aquí se sigue mutación o adición alguna que se dé en Dios, sino solo en la criatura; porque el que Dios esté en la criatura no pone nada intrínseco en Él más allá de su inmensidad, sino solo una denominación extrínseca nacida de la coexistencia de las criaturas con Él, o de la relación de las criaturas hacia Él, a la cual no corresponde por parte de Dios ninguna relación real hacia la criatura, ya que Dios no es capaz de tales relaciones (según suponemos ahora); y en el capítulo siguiente y en el último de este libro diremos algo sobre

D. Thomae, ex quo ita concludit: *Dicere Deum per similitudinem videri, est dicere divinam essentiam non videri, quod est erroneum*. Tertio, quia in eodem art. 2, ad 3, ait quod divina essentia unitur intellectui creato ut intellectum in actu, per se ipsam faciens intellectum in actu, id est ut rem actu intellectam, quae per se facit intellectum in actu, id est intelligentem: nam loquitur de actu secundo: nam ab illo denominatur res actu intellecta. Quarto, quia in variis locis significat D. Thomas, quando formamus verbum ad intelligendum, id quod primo intelligimus esse ipsum verbum, ideoque 4, contra Gentes, cap. 11, verbum vocat *intentionem intellectam*, et quaest. 4, de Veritate, artic. 2, dicit id quod terminat operationem nostri intellectus esse ipsum intellectum, quod dicitur *conceptio intellecta*. Unde ex sententia D. Thomae, verbum est medium cognitum, seu cognita similitudo in qua objectum repraesentatur: at hoc modo impossibile est videri Deum in se, ut in aliis locis citatis dicitur et est per se evidens, ergo. Quinto in 4, d. 49, q. 2, art. 1, dicit ita fieri unum ex divina essentia et intellectu videntis Deum, sicut fit unum ex forma intelligibili et intellectu, quando intellectus intelligit, ubi necesse est loqui de verbo, quia per illud fit intellectus res intellecta, tanquam actu intelligens. Sexto et difficilius q. 8, art. 1, de Veritate excludit omnem similitudinem creatam, qua formaliter constituatur intellectus creatus videns ipsum, sed hanc formam vult esse ipsam Dei essentiam.

mismo Santo Tomás, de donde concluye así: *Decir que Dios es visto por una semejanza es decir que la esencia divina no es vista, lo cual es erróneo*. Tercero, porque en el mismo art. 2, ad 3, dice que la esencia divina se une al intelecto creado como lo entendido en acto, haciendo por sí misma al intelecto en acto, es decir, como la cosa actuante entendida que por sí misma hace al intelecto estar en acto (esto es, entendiendo), pues habla del acto segundo, ya que por él se denomina a la cosa «entendida en acto». Cuarto, porque en varios lugares indica Santo Tomás que, cuando formamos un verbo para entender, lo que primero entendemos es el verbo mismo; por ello, en el libro 4 *Contra Gentiles*, cap. 11, llama al verbo *intención entendida*, y en la q. 4 *De Veritate*, art. 2, dice que lo que termina la operación de nuestro intelecto es el mismo intelecto, que se llama *concepción entendida*. Por tanto, según la sentencia de Santo Tomás, el verbo es un medio conocido o una semejanza conocida en la que el objeto se representa; pero de este modo es imposible que Dios sea visto en sí mismo, como se dice en los otros lugares citados y es evidente por sí mismo. Quinto, en el libro 4, d. 49, q. 2, art. 1, dice que de la esencia divina y del intelecto de quien ve a Dios se hace uno, igual que se hace uno de la forma inteligible y el intelecto cuando este entiende, donde es necesario hablar del verbo, porque por él el intelecto se convierte en la cosa entendida como quien entiende en acto. Sexto, y lo más difícil, en la q. 8, art. 1 *De Veritate* excluye toda semejanza creada por la cual se constituya formalmente el intelecto creado que lo ve, sino que quiere que esta forma sea la misma esencia de Dios.

4.Contraria est vera. — Nihilominus contrariam sententiam omnino veram censeo, nec opinor priorem opinionem recte defendi posse, nisi declinando in opinionem illorum qui putarunt Deum videri per ipsam visionem increatam, per se formaliter unitam intellectui creato, quam nec citati auctores docere intendunt, nec possunt juxta alia principia quae admittunt, ut videbimus, nec denique illa opinio est probabilis, sed omnino

4.La opinión contraria es la verdadera. — No obstante, considero que la sentencia contraria es totalmente verdadera, y no opino que la primera posición pueda defenderse rectamente a no ser que se decline hacia la opinión de aquellos que pensaron que Dios es visto por la misma visión increada, unida formalmente por sí misma al intelecto creado; algo que ni los autores citados pretenden enseñar, ni pueden hacerlo según los otros

ab scholis rejecta, ut dixi. Sit ergo certum id, quod in superioribus capitibus ostensum est, visionem Dei claram vel esse creatam actionem realem, vel per eam fieri.

principios que admiten, como veremos, ni, finalmente, esa opinión es probable, sino totalmente rechazada por las escuelas, como dije. Sea, pues, cierto lo que se ha mostrado en los capítulos anteriores: que la visión clara de Dios o es una acción creada real, o se produce por ella.

5.Prima conclusio Capreoli. — Dico jam primo, videntes Deum, verbum creatum producere, quo Deum ipsum videant. Hanc conclusionem videtur plane admittere Capreolus 1, d. 27, q. 2, art. 2, ad 8, contra primam conclusionem; et licet in 4, d. 49, q. 5, ab argumento contra primam conclusionem dubitare videatur, tamen in hoc etiam magis inclinat, sicut etiam Sylvester in Conflato, q. 27, et tenet *Ferrarius* 4, contra Gentes, c. 53. Scotus in 4, d. 49, q. 2, art. 3. Et mihi videtur expressa sententia D. Thomae non solum quia ubique generatim docet verbum formari ab omni intellectu creato eo ipso quod intelligens est (ita enim loquitur, 1 p., q. 27, art. 1, et q. 9, de Potentia, art. 5, et 4, contra Gentes, c. 11 et 12), sed etiam quia in particulari agens de visione per essentiam, id docet expresse q. 4, de Veritate, art. 2, ubi sic inquit: *Verbum intellectus nostri est id ad quod operatio intellectus nostri terminatur, quod est ipsum intellectum, quod dicitur conceptio intellecta*. Et paucis interpositis, quae ad rem non faciunt, subjungit: *Omne autem intellectum in nobis est aliquid progrediens realiter ab altero, vel sicut conceptiones quidditatum rerum posteriorum a quidditatibus priorum, vel saltem sicut conceptio actualis progreditur ab habituali cognitione. Et hoc universaliter verum est de omni quod a nobis intelligitur, sive per essentiam videatur, sive per similitudinem. Ipsa enim conceptio est effectus actus intelligendi, unde etiam quando mens intelligit seipsam, ejus conceptio non est ipsa mens, sed aliquid expressum a notitia mentis*.

5.Primera conclusión de Capreolo. — Digo ya primero: que quienes ven a Dios producen un verbo creado por el cual ven a Dios mismo. Esta conclusión parece admitirla claramente Capreolo (1, d. 27, q. 2, art. 2, ad 8), contra la primera conclusión; y aunque en el libro 4 (d. 49, q. 5) parece dudar ante el argumento contra la primera conclusión, sin embargo, se inclina más a esto, al igual que Silvestre en el *Conflato* (q. 27), y lo sostiene el Ferrariense (4 *Contra Gentiles*, c. 53). Escoto (4, d. 49, q. 2, art. 3). Y a mí me parece la sentencia expresa de Santo Tomás, no solo porque en todas partes enseña genéricamente que el verbo es formado por todo intelecto creado por el hecho mismo de que es entendiente (así habla en 1ª p., q. 27, art. 1; q. 9 *De Potentia*, art. 5; y 4 *Contra Gentiles*, c. 11 y 12), sino también porque, al tratar en particular de la visión por esencia, lo enseña expresamente en la q. 4 *De Veritate*, art. 2, donde dice: *El verbo de nuestro intelecto es aquello a lo que termina la operación de nuestro intelecto, que es lo mismo que lo entendido, lo cual se llama concepción entendida*. Y, tras intercalar unas pocas cosas que no vienen al caso, añade: *Todo lo entendido en nosotros es algo que procede realmente de otro, ya sea como las concepciones de las quiddidades de las cosas posteriores proceden de las quiddidades de las anteriores, o al menos como la concepción actual procede del conocimiento habitual. Y esto es universalmente verdadero de todo lo que es entendido por nosotros, ya sea visto por esencia o por semejanza. Pues la concepción misma es el efecto del acto de entender; por lo cual, aun cuando la mente se entiende a sí misma, su concepción no es la mente misma, sino algo expresado por el conocimiento de la mente*.

6.Praeterea est haec sententia expressa D. Augustini, lib. 14, de Trinitate, ubi tractans a principio cap. 16 illa verba Pauli Rom. 12, et ad Ephes. 4: *Renovamini in novitate mentis vestrae*, ipse addit: *ut incipiat illa imago*

6.Además, esta es la sentencia expresa de San Agustín en el libro 14 *Sobre la Trinidad*, donde tratando desde el principio del cap. 16 aquellas palabras de Pablo (Rom 12 y Efesios 4): *Renovaos en la novedad de vuestra mente*, añade él mismo: *para que empiece aquella imagen* (la que está en nuestra mente) *a ser reformada por aquel por quien fue formada*. Y añade en el capítulo diecisiete que esta reformación se hace paulatinamente en esta vida hasta que se perfeccione en la gloria. De donde concluye: *En esta imagen, por cierto, será entonces perfecta la semejanza de Dios cuando sea perfecta la visión de Dios, de la cual dice el apóstol Pablo: Vemos ahora por un espejo en enigma, pero entonces cara a cara. Y el apóstol Juan: Cuando aparezca, seremos semejantes a él y le veremos tal cual es*. De aquí aparece que entonces se produce en aquella imagen de Dios una semejanza perfecta cuando haya percibido su plena visión. Siente, pues, que en los bienaventurados se produce una cierta semejanza perfecta de Dios, y que esta se produce por la visión como un verbo que existe por esa visión. Lo cual declara clarísimamente el mismo Agustín en el libro 15 *Sobre la Trinidad*, c. 16, donde primero dice así: *Nuestro pensamiento, llegando a aquello que sabemos y siendo formado desde allí, es nuestro verbo verdadero*. Y añade después que el verbo divino no se llama propiamente pensamiento porque no es mudable, imperfección que el pensamiento conlleva. Y finalmente añade: *Por lo cual, siendo ahora tanta en este enigma la desemejanza entre Dios y el verbo de Dios, porque sin embargo se ha hallado alguna semejanza, debe hacerse notar también que cuando seamos semejantes a él, cuando le veamos tal cual es —lo cual, quienquiera que lo diga, atiende sin duda a esta desemejanza que hay ahora—, ni siquiera entonces seremos iguales a él por naturaleza. Pues la naturaleza creada es siempre menor que el hacedor; y entonces, ciertamente, nuestro verbo no será falso, porque ni mentiremos ni nos engañaremos*. Ved aquí perfección de la semejanza en el verbo que allí se forma, y en el cual no hay pensamientos mudables, como añade en el mismo lugar. Y claramente del mismo verbo habla Agustín, aunque

(utique quae est in mente nostra) *ab illo reformari a quo formata est*. Subditque in capite decimo septimo, hanc reformationem paulatim fieri in hac vita, donec perficiatur in gloria. Unde concludit: *In hac quippe imagine tunc perfecta erit Dei similitudo, quando Dei perfecta erit visio, de qua dicit apostolus Paulus: Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Et apostolus Joannes: Cum apparuerit, similes ei erimus et videbimus eum sicuti est*. Hinc apparet tunc in illa imagine Dei fieri perfectam similitudinem, quando ejus plenam perceperit visionem. Sentit ergo in beatis fieri quamdam perfectam similitudinem Dei, et hanc fieri per visionem tanquam verbum quod per illam visionem sit. Quod apertissime declarat idem Augustinus, lib. 15, de Trinitate, c. 16, ubi prius sic inquit: *Cogitatio nostra perveniens ad id quod scimus, atque inde formata, verbum nostrum verum est*. Additque postea, verbum divinum non dici proprie cogitationem, quia non est mutabile, quam imperfectionem cogitatio significat. Ac tandem subjungit: *Quamobrem cum tanta sit nunc in isto aenigmate dissimilitudo Dei et verbi Dei, quia tamen nonnulla similitudo reperta est, illud quoque faciendum est, quod etiam cum similes ei erimus, quando videbimus eum sicuti est, quod utique qui dixerit, hanc procul dubio quae nunc est dissimilitudinem attendit, nec tunc natura illi erimus aequales. Semper enim natura minor est faciente quae facta est; et tunc quidem verbum nostrum non erit falsum, quia neque mentiemur, neque fallemur*. Ecce perfectam illam similitudinem ponit in verbo, quod ibi formatur et in quo non sunt volubiles cogitationes, ut ibidem subjungit. Et de eodem plane verbo loquitur Augustinus licet generalius etiam extendat sermonem lib. 9, de Trinitate, c. 7: *In illa aeterna veritate formam secundum quam sumus, vel aliquid recta ratione operamur visu mentis conspicimus. Atque inde conceptam veram notitiam tanquam verbum apud nos habemus et*

dicendo intus gignimus, nec a nobis nascendo discedit. Ipsa ergo notitia mente concepta est verbum; quis autem neget, qui aeternam veritatem vident in se ipsa, habere in mentibus suis conceptam illius veritatis notitiam; habent ergo verbum. Unde inferius cap. 10 et 11, generaliter ait: *Habere animam nonnullam speciei notae similitudinem et omnem notitiam esse similitudinem.* Unde sic concludit: *Quocirca in quantum Deum novimus, similes sumus, sed non ad aequalitatem similem, quia non tantum eum novimus, quantum ipse sit.* Ergo eo modo, quo beati vident Deum sicuti est, habent in se notitiam illius similem illi, quae est verbum.

7.**Ratione corroboratur.** — Ratione argumentor, quia visio beatifica est qualitas ab intellectu creato producta, ut per eam formaliter constituatur intelligens, ergo est verbum creatum illius objecti, quod per illam qualitatem videtur id est, ipsius Dei, prout in se est: Antecedens constat ex praecedenti capite: ostendimus enim, visionem esse quid factum ab intellectu, quod si factum est, creatura est et non est substantia, ut per se constat, ergo accidens, ergo qualitas facta ab intellectu. Dicunt aliqui non esse qualitatem, sed puram actionem, quod significat Capreolus supra et ea ratione ait non esse similitudinem. Sed profecto si actio realis intervenit in visione Dei, necesse est actionem illam habere terminum, quia intelligi non potest productio, quin productum aliquid illi respondeat, ut disp. 48. Metaph., sect. 2, ostendi. Et hac ratione doctores communiter docent, actus immanentes esse qualitates, ut patet etiam ex Capreolo 2, d. 1, q. 2, art. 3, ad 2. Cajetanus 1, p. q. 79, art. 2. Ferrarius 2, contra Gentes, cap. 9 et 82. Hervet. Quodlib. 2, q. 8. Scotus in quodlib., q. 8. Durandus in 4, d. 27, q. 2. Et videri possunt dicta in Metaphys., disp. 42, sect. 5, ad finem. Et ratio breviter est, quia si actus mentis non fit per actionem, non potest esse nisi qualitas, si autem fit per actionem,

extienda su discurso más genéricamente en el libro 9 *Sobre la Trinidad*, c. 7: *En aquella verdad eterna contemplamos con la mirada de la mente la forma según la cual somos, o según la cual obramos algo con recta razón. Y de ahí tenemos en nosotros una noticia verdadera concebida como un verbo, y al decirla la engendramos interiormente, sin que al nacer se aparte de nosotros.* Por tanto, la noticia misma concebida por la mente es el verbo; ¿quién negará, pues, que quienes ven la verdad eterna en sí misma, tienen en sus mentes concebida la noticia de esa verdad? Tienen, por tanto, el verbo. De donde más abajo, en los caps. 10 y 11, dice en general: *Que el alma tiene alguna semejanza de la especie conocida, y que toda noticia es una semejanza.* De donde concluye así: *Por lo cual, en cuanto conocemos a Dios, somos semejantes, pero no con una semejanza de igualdad, porque no lo conocemos tanto como Él es.* Por tanto, de ese modo en que los bienaventurados ven a Dios tal cual es, tienen en sí una noticia de Él semejante a Él, la cual es el verbo.

7.***Se corrobora con la razón.*** — Argumento por la razón: porque la visión beatífica es una cualidad producida por el intelecto creado para que por ella se constituya formalmente el ser entendiente; por tanto, es un verbo creado de ese objeto que se ve por esa cualidad, es decir, de Dios mismo tal como es en sí. El antecedente consta por el capítulo precedente: pues mostramos que la visión es algo hecho por el intelecto; y si es algo hecho, es una criatura y no una sustancia, como consta por sí mismo; luego es un accidente, luego una cualidad hecha por el intelecto. Dicen algunos que no es una cualidad, sino una pura acción, lo cual indica Capreolo arriba, y por esa razón dice que no es una semejanza. Pero, ciertamente, si en la visión de Dios interviene una acción real, es necesario que esa acción tenga un término, porque no puede entenderse una producción sin que algo producido le corresponda, como mostré en la disp. 48 de la *Metafísica*, sección 2. Y por esta razón los doctores enseñan comúnmente que los actos inmanentes son cualidades, como consta también en Capreolo (2, d. 1, q. 2, art. 3, ad 2), Cayetano (1, p. q.

actio illa debet terminari ad qualitatem et illa est, quae ultimate perficit et actuat potentiam, quae illam produxit, in quo completur ratio et effectus formalis actus immanentis. Haec ergo qualitas necessaria etiam est in mentibus beatorum. Jam ergo probatur consequentia. Primo, quia verbum nostrae mentis nihil aliud est, quam internus terminus illius actionis intellectualis, per quam intelligimus, sed in videntibus DEUM est actio realis intellectus, per quam intelligunt et illa habet suum terminum internum, ergo ille terminus est verbum. Secundo, quia illa qualitas, ad quam terminatur illa action, est conceptus et notitia mentis, ergo est similitudo objecti cogniti, juxta doctrinam Augustini, locis citatis, et Anselmi in Monologio, cap. 31, ergo est verbum.

8.Aliud responsum. — Refellitur. — Respondent Thomistae, aliud esse intellectionem, aliud verbum et verbum esse similitudinem, non autem intellectionem, licet interdum ita vocetur vel quia tendit ad producendam similitudinem, vel quia procedit ab specie et ita quando separatur intellectio a verbo (ut in beatis juxta eorum sententiam) tunc intellectionem non esse similitudinem. Sed contra primo, nam si per intellectionem intelligant qualitatem aliquam intellectus distinctam a verbo (ut significant) multiplicant res sine fundamento et contra doctrinam Augustini locis citatis et explicare non possunt, quos formales effectus distinctos habeant illae qualitates, vel ad quid multiplicentur. Si vero per intellectionem intelligant veram actionem de genere actionis et illam distinguant a verbo ut a termino, vera est distinctio secundum rationem formalem, sic autem tam impossibile est, esse intellectionem sine verbo quam esse actionem sine termino. Impossibile est etiam, quin sicut verbum est quaedam similitudo facta seu producta, ita intellectio sit assimilatio quaedam seu similitudo in

79, art. 2), el Ferrariense (2 *Contra Gentiles*, cap. 9 y 82), Hervet (Quodl. 2, q. 8), Escoto (en el Quodl., q. 8), Durando (en 4, d. 27, q. 2). Y pueden verse las cosas dichas en la *Metafísica*, disp. 42, sección 5, al final. Y la razón, brevemente, es porque si el acto de la mente no se hace mediante una acción, no puede ser sino una cualidad; pero si se hace mediante una acción, esa acción debe terminar en una cualidad, y esa es la que perfecciona y actúa últimamente a la potencia que la produjo, en lo cual se completa la razón y el efecto formal del acto inmanente. Esta cualidad, por tanto, es necesaria también en las mentes de los bienaventurados. Ahora bien, se prueba la consecuencia. Primero, porque el verbo de nuestra mente no es otra cosa que el término interno de aquella acción intelectual por la que entendemos; pero en quienes ven a DIOS hay una acción real del intelecto por la que entienden, y esa acción tiene su término interno; luego ese término es el verbo. Segundo, porque esa cualidad en la que termina esa acción es el concepto y noticia de la mente; luego es semejanza del objeto conocido, según la doctrina de Agustín en los lugares citados y de Anselmo en el *Monologio*, cap. 31; luego es verbo.

8.Otra respuesta. — Se refuta. — Responden los tomistas que una cosa es la intelección y otra el verbo, y que el verbo es semejanza, pero no la intelección, aunque a veces se la llame así, sea porque tiende a producir la semejanza, sea porque procede de la especie; y así, cuando la intelección se separa del verbo (como en los bienaventurados, según su opinión), entonces la intelección no es semejanza. Pero contra esto: primero, si por intelección entienden alguna cualidad del intelecto distinta del verbo (como indican), multiplican los entes sin fundamento y contra la doctrina de Agustín; y no pueden explicar qué efectos formales distintos tendrían esas cualidades, o para qué se multiplicarían. Si, en cambio, por intelección entienden una verdadera acción del género de la acción y la distinguen del verbo como del término, la distinción es verdadera según la razón formal, pero entonces es tan

fieri. Denique si intellectio beatorum circa Deum non esset similitudo repraesentativa mentaliter, profecto nec esset notitia, nec cognitio, quia de ratione notitiae et cognitionis est, ut sit similitudo, ut expresse docent Augustinus et Anselmus supra. Unde non redderet formaliter intelligentem intellectum beati, qui non faceret illi rem aliquo modo praesentem. Quapropter intelligi non posset, quid deserviret actio illa ad intelligendum DEUM, si nec repraesentaret DEUM, nec terminaretur ad qualitatem repraesentantem formaliter Deum intellectui, quia nullo modo faceret DEUM praesentem intellectui. Est ergo in illa visione qualitas producta ab intellectu, qua informatus habet Deum intellectualiter praesentem, ergo est illa qualitas repraesentans intentionaliter Deum actualiter et formaliter tanquam cognitio ejus, talis autem qualitas est verbum.

imposible que haya intelección sin verbo como que haya acción sin término. Es imposible también que, así como el verbo es una cierta semejanza hecha o producida, la intelección no sea una cierta asimilación o semejanza en hacerse (*in fieri*). Finalmente, si la intelección de los bienaventurados acerca de Dios no fuera una semejanza representativa mentalmente, de seguro no sería ni noticia ni conocimiento, porque es de la razón de la noticia y del conocimiento el ser semejanza, como enseñan expresamente Agustín y Anselmo arriba. De donde se sigue que no haría formalmente inteligente al intelecto del bienaventurado si no le hiciera presente la cosa de algún modo. Por lo cual no podría entenderse para qué serviría esa acción para entender a DIOS, si ni representara a DIOS, ni terminara en una cualidad que representara formalmente a Dios al intelecto, pues de ningún modo haría presente a DIOS al intelecto. Hay, pues, en esa visión una cualidad producida por el intelecto por la cual, al ser informado, tiene a Dios intelectualmente presente; luego es esa cualidad la que representa intencionalmente a Dios actual y formalmente como conocimiento suyo; y tal cualidad es el verbo.

9.**Secunda conclusio.** — Unde ulterius dico seeundo, non solum de facto videre beatos DEUM per verbum creatum, sed etiam impossibile esse de potentia absoluta, quin aliter videatur Deus ab intellectu creato. Haec assertio sequitur aperte ex precedenti et probationibus ejus. Nam imprimis suppono, fieri non posse de potentia absoluta, ut intellectus ereatus videat Deum per visionem increatam. Necesse ergo est ut videat per actionem creatam, imo et elicitam ab ipso intellectu creato, ut supra dictum est. Sed impossibile est etiam de potentia absoluta actionem esse sine intrinseco termino, ut calefactionem sine calore, ut ex Metaphysica constat, ergo impossibile est, actionem creatam videndi Deum esse sine proportionato termino, qui terminus est verbum creatum, ut ostensum est, vel aliter, impossibile est intellectum creatum constitui formaliter actu videntem Deum sine forma creata, cujus formalis effectus sit constituere actu intelligentem, sed forma illa essentialiter est verbum, ergo. Probatur minor, quia illa forma

9.**Segunda conclusión.** — De donde digo además, en segundo lugar, que no solo los bienaventurados ven de hecho a DIOS a través de un verbo creado, sino que incluso es imposible por potencia absoluta que Dios sea visto de otro modo por un intelecto creado. Esta afirmación se sigue claramente de lo anterior y de sus pruebas. Pues, en primer lugar, supongo que no puede hacerse por potencia absoluta que el intelecto creado vea a Dios mediante la visión increada. Es necesario, por tanto, que lo vea mediante una acción creada, e incluso elicitada por el mismo intelecto creado, como se ha dicho arriba. Pero es imposible, también por potencia absoluta, que exista una acción sin un término intrínseco, como una calefacción sin calor, según consta por la Metafísica; luego es imposible que la acción creada de ver a Dios exista sin un término proporcionado, el cual es el verbo creado,

est qualitas producta ab intellectu et informans illum et ex vi suae informationis faciens illi actualiter praesentem rem intellectam, quod autem tale est essentialiter, est verbum creatum. Nec video, quid responderi possit, nisi novae vocum significationes: aut novae proprietates verbi fingantur.

como se ha mostrado; o, de otro modo: es imposible que el intelecto creado se constituya formalmente en el acto de ver a Dios sin una forma creada cuyo efecto formal sea constituirlo en sujeto que entiende en acto, pero esa forma es esencialmente el verbo; luego. Se prueba la menor, porque esa forma es una cualidad producida por el intelecto que lo informa y, por el vigor de su información, le hace presente en acto la cosa entendida; y lo que es tal esencialmente, es un verbo creado. No veo qué podría responderse a esto, a menos que se finjan nuevos significados para las palabras o nuevas propiedades para el verbo.

10.Ad argumentum. — Ad primum ergo argumentum ex Aristotele sumptum, respondemus, beatitudinem formalem dici operationem, non quia non sit vera qualitas informans intellectum, nam si operatio dicat actionem, quomodo erit sine termino? Dicitur ergo operatio, quia est talis qualitas, quae non potest informare potentiam nisi elicientem seu efficientem illam, nec durare, nisi quatenus durat ipsamet actio. Ad secundum respondetur, actionem propriam quae in visione beatifica intervenit, immediate tendere ad verbum creatum ut ad rem productam, ad Deum vero ut ad objectum, quia ad illum tendit, ut ad rem cognoscendam non ad suum terminum. Tamen actio, ut sic, non unit intellectum perfecte illi objecto, quia tantum est via ad unionem: at vero verbum ipsum, seu actus intelligendi in facto esse, unit mentem Deo immediate ut objecto suo primario et unit perfecte, quia in facto esse, ac permanenter. Ad 3, falsum est assumptum, quia verbum creatum non est necessarium propter aliquam imperfectionem ex parte objecti intelligendi, nec propter absentiam objecti quasi localem, nec propter carentiam existentiae, vel aliquid simile, sed precise propter imperfectionem, et conditionem naturalem talis potentiae, quae quatenus potentia est, indiget propria forma, qua in actum redigatur, quatenus vero vitalis est, indiget forma a se producta, et quatenus intellectiva seu cognoscitiva est, indiget forma repraesentativa et haec vocatur verbum: maxime in intellectu. Nam in omni potentia cognoscitiva proportionalis forma,

10.Al argumento. — Al primer argumento tomado de Aristóteles, respondemos que la bienaventuranza formal se llama operación no porque no sea una verdadera cualidad que informa al intelecto (pues si «operación» significara acción, ¿cómo existiría sin término?), sino que se llama operación porque es una cualidad tal que no puede informar a la potencia a menos que esta la elicite o la produzca, ni durar sino en cuanto dura la acción misma. Al segundo se responde que la acción propia que interviene en la visión beatífica tiende inmediatamente al verbo creado como a la cosa producida, y a Dios como al objeto, porque hacia Él tiende como a la cosa que debe conocerse, no como a su término. Sin embargo, la acción, como tal, no une el intelecto perfectamente a ese objeto, porque solo es camino hacia la unión; pero el verbo mismo, o el acto de entender en su estado consumado (*in facto esse*), une la mente a Dios inmediatamente como a su objeto primario y la une perfectamente, por estar consumado y de modo permanente. Al tercero, es falso lo asumido, porque el verbo creado no es necesario por alguna imperfección por parte del objeto del conocimiento, ni por una ausencia del objeto casi local, ni por carencia de existencia, ni algo similar, sino precisamente por la imperfección y condición natural de tal potencia; la cual, en cuanto es potencia, necesita una forma propia que la ponga en acto; en cuanto es vital,

quae sit terminus intentae actionis et suo modo repraesentans, necessaria est, ut ex doctrina de anima constat.

11.Quartum argumentum postulat multa tractanda duobus capitibus sequentibus et ideo in eorum discursu melius dissolvetur. Et ibi etiam de testimoniis D. Thomae aliquid dicemus: est enim difficile in hac materia intelligere mentem ejus.

CAPUT XII.

AN VIDEATUR DEUS PER SPECIEM CREATAM.

1.Non est sermo de specie naturali, seu connaturali intellectui creato, sic enim certum est, sicut actus visionis supernaturalis est, ita ad illum ejiciendum non posse sufficere naturalem speciem. Quo sensu recte dixit Capreolus in 4, d. 49, q. 4, art. 3 ad 3, Aureoli contra 2. conclusionem, in hoc negotio videndi Deum, nullas partes habere intellectum agentem, cum ad videndum Deum non sit abstrahenda species aliqua intelligibilis, quod est munus intellectus agentis. Imo etiam in angelis et animabus separatis licet intelligibiles species non acquirant per actionem intellectus agentis, sed a Deo eis donentur, nihilominus nulla in eis potest dari species ordinis naturalis, eisve secundum capacitatem naturalem aliquo modo debita, qua Deum videre possint. Quia non magis potest esse debitus actus primus, quam secundus, cum ejusdem ordinis esse debeant: quod etiam ex dicendis a fortiori constabit. Est ergo difficultas de specie aliqua creata, quae sit supernaturalis, ac divini ordinis, ac subinde per se infusa respectu omnis creaturae possibilis.

2.**Prior opinio.** — In hac ergo quaestione multi theologi docuerunt visionem claram Dei proxime fieri per creatam speciem Dei, prius natura infusam intellectui beati. Hujus sententiae videtur fuisse Aureolus, ut refert Capreolus 4, dist. 49, quaest. 5,

necesita una forma producida por ella misma; y en cuanto es intelectiva o cognoscitiva, necesita una forma representativa, y a esto se le llama verbo: máximo en el intelecto. Pues en toda potencia cognoscitiva es necesaria una forma proporcional que sea el término de la acción intencional y que represente a su modo, como consta por la doctrina sobre el alma.

11.El cuarto argumento requiere tratar muchas cosas en los dos capítulos siguientes y, por ello, se disolverá mejor en el discurso de aquellos. Y allí también diremos algo sobre los testimonios de Santo Tomás: pues es difícil en esta materia entender su mente.

CAPÍTULO XII.

SI DIOS ES VISTO POR UNA ESPECIE CREADA.

1.No se trata de la especie natural o connatural al intelecto creado, pues es cierto que, así como el acto de la visión es sobrenatural, así para producirlo no puede bastar una especie natural. En este sentido dijo rectamente Capreolo (en 4, d. 49, q. 4, art. 3 ad 3) contra la segunda conclusión de Aureolo, que en este negocio de ver a Dios el intelecto agente no tiene parte alguna, pues para ver a Dios no se debe abstraer ninguna especie inteligible, que es la función del intelecto agente. Más aún, incluso en los ángeles y en las almas separadas, aunque no adquieran las especies inteligibles por acción del intelecto agente, sino que les sean donadas por Dios, no obstante no puede darse en ellos ninguna especie de orden natural, o debida a ellos de algún modo según su capacidad natural, por la cual puedan ver a Dios. Porque no puede ser debido el acto primero más que el segundo, debiendo ser ambos del mismo orden: lo cual constará con mayor fuerza por lo que se ha de decir. El problema es, pues, sobre alguna especie creada que sea sobrenatural y del orden divino y, por consiguiente, infusa por sí misma respecto de toda criatura posible.

art. 9 et supposito, quod visio fiat ab intellectu, eam putat probabiliorem Richardus in 3, d. 14, artic. 3, q. 3, et in 4, d. 49, art. 3, qu. 1, ubi refert alios etiam hoc sensisse; quosdam vero dixisse, etiam si detur haec species, simul necessarium esse concursum essentiae divinae, non solum ut primae causae in omni ordine rerum, sed etiam ut objecti actu intelligibilis, quem dicendi modum refert etiam Marsilius in 3, quaestione 10, articulo secundo. Sed eum merito rejiciunt, quia superflue multiplicat principia intelligendi ex parte objecti et auget, ac congerit difficultates omnium opinionum sine ulla necessitate. Denique Scotus in 4, d. 49, q. 11, licet expresse non dicat: Deum videri per speciem, dicit tamen, rationes, quibus probari solet non dari talem speciem, nihil probare. Duobus autem modis solet affirmari, et confirmari haec opinio illa, primo quia implicat contradictionem, fieri visionem Dei sine tali specie; secundo quia licet non implicet, de facto asserendum non est ita fieri.

3.**Confirmatur praedicta opinio.** — Priori ergo modo probatur haec sententia, quia tota necessitas speciei est, ut constituat intellectum in actu primo ad efficiendam visionem, eamque simul cum illo efficiat, non potest autem Deus supplere per se ipsum hoc munus speciei intelligibilis, ergo. Probatur minor. Primo quia constituere intellectum in actu primo convenit speciei in genere causae formalis, quam Deus supplere non potest, nec per se ipsum potest uniri intellectui, quia non potest illi tribuere esse increatum. Secundo etiam quoad efficientiam non videtur suppleri posse species a Deo per modum objecti intelligibilis, quia oportebit Deum efficere ad extra immediate per suam substantiam, quatenus est quaedam entitas actu intelligibilis, quia ut efficiat per modum objecti, oportet, ut sicut per suam substantiam immediate terminat actum videndi, ita per eamdem illum efficiat: Hoc autem

2.**Opinión anterior.** — En esta cuestión, muchos teólogos enseñaron que la visión clara de Dios se realiza inmediatamente por una especie creada de Dios, infusa previamente por naturaleza al intelecto del bienaventurado. De esta opinión parece haber sido Aureolo, según refiere Capreolo (4, dist. 49, q. 5, art. 9), y suponiendo que la visión sea producida por el intelecto, la considera más probable Ricardo (en 3, d. 14, art. 3, q. 3, y en 4, d. 49, art. 3, q. 1), donde refiere que otros también sintieron esto; otros en cambio dijeron que, aunque se dé esta especie, es necesario al mismo tiempo el concurso de la esencia divina, no solo como causa primera en todo orden de cosas, sino también como objeto en acto inteligible, modo de decir que refiere también Marsilio (en 3, q. 10, art. 2). Pero con razón lo rechazan, porque multiplica superfluamente los principios del conocimiento por parte del objeto y aumenta y amontona las dificultades de todas las opiniones sin necesidad alguna. Finalmente, Escoto (en 4, d. 49, q. 11), aunque no dice expresamente que Dios sea visto por una especie, dice sin embargo que las razones por las cuales se suele probar que no existe tal especie, no prueban nada. De dos modos se suele afirmar y confirmar esta opinión: primero, porque implica contradicción que se realice la visión de Dios sin tal especie; segundo, porque aunque no la implique, no debe afirmarse de hecho que ocurra así.

3.**Se confirma la opinión predicha.** — Del primer modo se prueba esta sentencia: porque toda la necesidad de la especie es para que constituya al intelecto en acto primero para producir la visión, y para que la produzca simultáneamente con él; pero Dios no puede suplir por sí mismo esta función de especie inteligible; luego. Se prueba la menor: Primero, porque constituir al intelecto en acto primero le compete a la especie en el género de causa formal, que Dios no puede suplir, ni puede por sí mismo unirse al intelecto, porque no puede comunicarle el ser increado. Segundo, también en cuanto a la eficiencia, no

esse impossibile probatur, quia Deus ad extra nihil operatur immediate nisi per voluntatem aut omnipotentiam suam. Confirmatur quoniam alias efficientia illa non solum esset ab essentia Dei ratione absolutae entitatis, sed también a relationibus divinis secundum proprias rationes earum, quia illae ut tales, sunt objecta actu intelligibilia, intime praesentia intellectui per se ipsa, sed hoc est tota ratio, quare essentia Dei dicitur concurrere immediate per modum objecti actu intelligibilis, ergo idem dicendum erit de relationibus. Consequens autem videtur absurdum: tum quia efficientia Trinitatis indivisa est, semper ergo agunt personae per id, quod commune est, non per id quod est proprium, alioqui efficientia aliqua conveniret uni personae, quae non esset communis omnibus. Confirmatur, quia jam aliquis effectus creatus per se procederet a Deo, ut Trinus est et ita per illum posset cognosci Trinitas, ut Trinitas est. Denique illa efficientia relationis, ut relatio est vel esset suprema, et independens vel dependens a generali concursu primae causae. Hoc secundum repugnat perfectioni divinae, nec primum etiam dici potest, quia nulla est operatio ad extra, quae per se primo non procedat et pendeat a Deo, ut Deus est.

parece que Dios pueda suplir la especie por modo de objeto inteligible, porque convendría que Dios produjera hacia fuera inmediatamente a través de su propia sustancia, en cuanto es una cierta entidad en acto inteligible; pues para que produzca por modo de objeto, conviene que, así como por su sustancia termina inmediatamente el acto de ver, así por la misma lo produzca: pero se prueba que esto es imposible, porque Dios hacia fuera no opera nada inmediatamente sino por su voluntad o su omnipotencia. Se confirma puesto que, de otro modo, esa eficiencia no sería solo de la esencia de Dios por razón de su entidad absoluta, sino también de las relaciones divinas según las razones propias de las mismas, porque ellas, como tales, son objetos en acto inteligibles, íntimamente presentes al intelecto por sí mismos; pero esta es toda la razón por la cual se dice que la esencia de Dios concurre inmediatamente por modo de objeto en acto inteligible; luego lo mismo habrá que decir de las relaciones. El consecuente, sin embargo, parece absurdo: tanto porque la eficiencia de la Trinidad es indivisa y, por tanto, siempre actúan las personas por lo que es común, no por lo que es propio (de lo contrario, alguna eficiencia le competería a una persona que no fuera común a todas); como porque, además, algún efecto creado procedería por sí mismo de Dios en cuanto es Trino, y así a través de él podría conocerse la Trinidad en cuanto es Trinidad. Finalmente, esa eficiencia de la relación, en cuanto es relación, o sería suprema e independiente, o dependiente del concurso general de la causa primera. Esto segundo repugna a la perfección divina, ni lo primero puede decirse, porque no hay operación hacia fuera que por sí misma y primordialmente no proceda y dependa de Dios en cuanto Dios.

4.**Effugium. — Refutatur.** — Dicetur fortasse, saltem posse Deum, ut supremum agens per se ipsum supplere vicem speciei intelligibilis, quia praecipue est necesaria propter efficientiam, quae efficientia, ut est ab specie non est vitalis et ideo suppleri potest a Deo. Contra hoc vero probatur dicta sententia posteriori modo, nimirum, non esse asserendum, ita de facto fieri, licet non implicet. Quia connaturale non est ipsi visioni, illa autem visio debet fieri connaturali modo quantum ex parte illius fieri possit, licet respectu hominis fiat supernaturali modo. Quod autem ille modus non sit connaturalis, patet, quia modus

4.**Efugio. — Se refuta.** — Se dirá tal vez que, al menos, Dios puede, como agente supremo, suplir por sí mismo las veces de la especie inteligible, porque es necesaria principalmente para la eficiencia, la cual, en cuanto proviene de la especie, no es vital y por ello puede ser

videndi connaturalis est per speciem objecti, ut in visu corporali, licet possit Deus facere, ut videat sine specie, tamen modus non esset connaturalis. Quae ratio etiam probare videtur, quod licet daremus non implicare contradictionem Deum influere in illam visionem per se ipsum, ut objectum actu intelligibile: nihilominus non esset asserendum, nunc ita fieri, quia non esset modus connaturalis, nec consentaneus ordinariae providentiae, quae postulat, ut quae Deus potest facere per intrinseca principia, seu formas seu qualitates, non faciat per se ipsum, sed per formam accommodatam, tanquam per causam secundam seu proximam. Et confirmatur, quia illa efficientia visionis beatae a Deo, ut ab objecto non est naturalis, id est necesaria, sed voluntaria et libera: ergo non debet esse immediate substantia ejus, quia tunc solum operatur immediate substantia, ut substantia vel tanquam objectum intelligibile, quando operatur naturaliter, quatenus est et non quatenus vult, operatur autem quatenus vult influendo per voluntatem, ergo ut actio fiat connaturali modo, debet Deus per suam voluntatem influere speciem, non vero actum ipsum videndi.

5.**Contraria sententia est verior. — Sex munera speciei intelligibilis.** — Nihilominus contraria sententia est expresse D. Thomae et communis Thomistarum, communiorque theologorum, quos sequenti capite commodius referam: eamque censeo omnino veram. Ut tamen illam confirmem et declarem, necessarium indico prius explicare munus, et necessitatem speciei intelligibilis, et officia quae illi tribuuntur. Nam licet hoc philosophorum sit proprium, tamen hic necessarium est attingere id; quod est praesentis quaestionis fundamentum. Praesertim quia nonnulli theologi circa quaestionem hanc multa dicunt de specie intelligibili. Sex ergo illi tribuuntur: *Inhaerere intellectui, constituere illum in actu primo seu informare illum,*

suplida por Dios. Contra esto se prueba la citada sentencia del segundo modo, a saber: que no debe afirmarse que esto ocurra de hecho, aunque no implique contradicción. Porque no es connatural a la visión misma, y esa visión debe realizarse de modo connatural en cuanto sea posible por parte de su realización, aunque respecto al hombre ocurra de modo sobrenatural. Que ese modo no sea connatural es evidente, porque el modo de ver connatural es a través de la especie del objeto, como en la vista corporal; aunque Dios pudiera hacer que se viera sin especie, el modo no sería connatural. Esta razón parece probar también que, aunque concediéramos que no implica contradicción el que Dios influya en esa visión por sí mismo como objeto en acto inteligible, no obstante no debería afirmarse que suceda así ahora, porque no sería un modo connatural, ni conforme a la providencia ordinaria, que postula que lo que Dios puede hacer mediante principios intrínsecos o formas o cualidades, no lo haga por sí mismo, sino a través de una forma acomodada, como a través de una causa segunda o próxima. Y se confirma porque esa eficiencia de la visión bienaventurada por parte de Dios en cuanto objeto no es natural (es decir, necesaria), sino voluntaria y libre: luego no debe ser inmediatamente su sustancia, porque la sustancia solo opera inmediatamente como sustancia o como objeto inteligible cuando opera naturalmente (en cuanto es y no en cuanto quiere); pero opera en cuanto quiere influyendo a través de la voluntad, luego para que la acción se realice de modo connatural, Dios debe influir la especie por su voluntad, y no el acto mismo de ver.

5. La sentencia contraria es más verdadera. — Seis funciones de la especie inteligible. — No obstante, la sentencia contraria es expresamente la de Santo Tomás y la común de los tomistas, y la más común de los teólogos, a quienes citaré con más comodidad en el capítulo siguiente; y la considero totalmente verdadera. Sin embargo, para confirmarla y declararla, juzgo necesario explicar primero la función y la necesidad de la especie

unire objectum potentiae, efficere actum intelligendi, repraesentare objectum, et determinare potentiam ad talem speciem actus

.

6.**Primum munus.** — Circa primum frequenter Thomistae dicunt, inhaerere, per accidens convenire speciei intelligibili, quia accidentarium illi est, quod sit accidens: per se vero solum requirit unionem cum intellectu in esse intelligibili. Sed advertendum est, aliud esse loqui de specie, aliud de objecto intelligibili: nam objecto ut sic accidentarium est conjungi cum potentia, mediante aliqua re inhaerente intellectui, quia de se tale objectum non habet, quod sit accidens et si possit per se conjungi intellectui ad efficiendum actum intelligendi, non id faciet medio accidente, sed potius per se melius efficiet, quam per instrumentum. At vero species intelligibilis proprie significat aliquid distinctum ab objecto, quod sit veluti semen seu instrumentum ejus, datum potentiae cognoscendi ad supplendam vicem objecti quando ipsum per se non potest adesse potentiae, et per se efficere cum illa. Et hujusmodi species semper est accidens, neque aliter intelligi nec fieri potest et ideo speciei proprie dictae, quatenus ab objecto distinguitur per se convenit inhaerere. Quamvis in ipsa specie distingui possit entitas, seu esse ejus et finis, seu efficacia ejus: priori enim modo per se illi convenit inhaerere: posteriori consideratione dici potest per accidens, quia finis speciei est, ut coefficiat cum intellectu, unde si cum sola existentia cum intima praesentia ad intellectum, intelligatur sufficiens ad efficiendum, accidentarium est, quod inhaereat. Quo sensu recte Scotus in 1, d. 3, qu. 7, dixit, quod speciei quatenus est causa partialis, accidit actuare seu inhaerere.

7.**Secundum munus.** — Circa secundum scilicet, constituere in actu intellectum, Cajetanus, 1 p., q. 12, art. 1, circa finem dicit, speciem non

inteligible, y los oficios que se le atribuyen. Pues aunque esto sea propio de los filósofos, aquí es necesario tocar aquello que es el fundamento de la presente cuestión. Especialmente porque algunos teólogos, acerca de esta cuestión, dicen muchas cosas sobre la especie inteligible. Se le atribuyen, pues, seis funciones: *Inherir en el intelecto, constituirlo en acto primero o informarlo, unir el objeto a la potencia, producir el acto de entender, representar el objeto y determinar la potencia a tal especie de acto.*

6. Primera función. — Sobre la primera, frecuentemente dicen los tomistas que el inherir le conviene a la especie inteligible por accidente, porque es accidental para ella el ser un accidente; pero por sí misma solo requiere la unión con el intelecto en el «ser inteligible». Pero debe advertirse que una cosa es hablar de la especie y otra del objeto inteligible: pues para el objeto como tal es accidental conjuntarse con la potencia mediante alguna cosa inherente al intelecto, ya que por sí mismo tal objeto no posee el ser un accidente; y si pudiera por sí mismo conjuntarse con el intelecto para producir el acto de entender, no lo haría mediante un accidente, sino que lo produciría mejor por sí mismo que por un instrumento. Pero la especie inteligible significa propiamente algo distinto del objeto, que es como su semilla o instrumento, dado a la potencia de conocer para suplir las veces del objeto cuando este no puede por sí mismo estar presente ante la potencia y producir el acto con ella. Y tal especie es siempre un accidente, ni puede entenderse ni hacerse de otro modo; y por tanto, a la especie propiamente dicha, en cuanto se distingue del objeto, le conviene por sí misma el inherir. Aunque en la misma especie pueda distinguirse su entidad o ser, y su fin o eficacia: de la primera manera le conviene por sí misma el inherir; bajo la segunda consideración puede decirse que le conviene por accidente, porque el fin de la especie es coproducir con el intelecto; por lo cual, si con la sola existencia y con la íntima presencia al intelecto se entiende que es suficiente para producir el acto, es accidental que inhiera. En este

solum constituere formaliter intellectum in actu primo, sed etiam in actu secundo, non tamen ut principium efficiens, sed ut formam informantem non quia ipsa sit actus secundus, sed quia comparatur ad actum secundum, sicut forma ad esse. Additque divinam essentiam eodem modo constituere intellectum formaliter in ordine ad visionem sui et ad illum comparari, sicut formam ad esse, quamvis non informet proprie, sed altiori modo uniatur. Haec vero doctrina est falsa, et intelligi non potest. Suppono enim actum cognoscendi esse qualitatem et formam distinctam ab specie: quantum est ex se separabilem ab illa, ita ut possit species conservari cum toto effectu formali, absque actuali cognitione. Quibus suppositis facile est intelligere, impossibile esse actum intelligendi esse ab specie, ut esse a forma, quia neque esse, quod dat forma est separabile ab ipsa informante, imo nec est distinctum ab ipsa: nec etiam una qualitas potest esse formalis effectus alterius distinctae. Porro impossibilius est, quod de essentia divina dicitur, quia actus videndi Deum est forma creata, quomodo ergo potest esse formaliter a forma seu natura increata? Item quia si essentia divina aliquo modo potest constituere intellectum in actu formaliter: ergo formaliter debet illi dare aliquod esse, ergo dabit esse increatum, nam forma non dat formaliter aliud esse, nisi quod ipsa est seu quod in se habet. Consequens autem est plane falsum, ut patebit etiam ex dicendis. Dicendum est ergo, speciem non constituere formaliter intellectum in actu secundo, sed proxime in actu primo, solumque comparari ad actum secundum, tanquam principium efficiens ejus ut jam ostendimus. Haec autem constitutio intellectus in actu primo potest intelligi, aut per propriam imformationem, et hoc convenit speciei, quatenus accidens est aut per quamcumque aliam unionem seu conjunctionem ad efficiendum, et hoc est per se necessarium in objecto

sentido dijo rectamente Escoto (en 1, d. 3, q. 7) que a la especie, en cuanto es causa parcial, le sucede accidentalmente el actuar o inherir.

13. Subterfugio. — Se debilita. — Responden algunos al ejemplo aducido que la especie del ángel superior existente en el inferior es de suyo comprehensiva del objeto, aunque el ángel que la posee no pueda usarla según toda su representación por defecto de su propia facultad. Pero esto se dice sin fundamento, pues la especie se da conmensurada a la facultad de entender y al acto al que se ordena; por tanto, no hay razón para que a un ángel de facultad inferior se le dé una especie suficiente para un acto imposible para tal facultad. Asimismo, ¿por qué repugna más que se dé una especie que represente naturalmente y no de forma comprehensiva, que el que se dé un acto, visión o verbo que represente del mismo modo al objeto tal como es en sí y no de forma comprehensiva? Pues por parte del agente no puede asignarse repugnancia, como se ha dicho. Es más, aunque el objeto que imprime la especie actuara naturalmente, no sería necesario que la imprimiera adecuada y comprehensiva, sino según la capacidad o disposición del recipiente, pues la acción del agente a menudo se limita y define por la disposición del

potentiam melius dispositam, igitur ex hac parte nulla est repugnantia.

14. Alia evasio. — Unde tandem aliqui negant, dari posse qualitatem repraesentantem Deum, prout est in se. Et consequenter negant visionem beatificam esse hujusmodi similitudinem, nec talem similitudinem expressam esse necessariam ad cognoscendum. Sed contra hos imprimis faciunt omnia, quibus supra probavimus dari verbum in beatis et de ratione notitiae seu cognitionis esse, ut repraesentet. Deinde insto interrogando, de qua similitudine loquantur, an de propria similitudine pertinente ad propriam relationem, quae fundatur in unitate ejusdem formae, vel de similitudine repraesentationis quae magis pertinet ad relationem mensurati et mensurae. Si de priori sermo sit, verum est inveniri non posse in re creata respectu Dei, unde tam repugnat speciei impressae, quam expressae. Imo in universum falsum est, vel speciem intelligibilem, vel verbum aut actum cognoscendi esse hoc modo similitudinem objecti, ut per se notum est, quia species, quas habet unus angelus de aliis, non conveniunt cum illis in formali natura, ut possint cum illis habere relationem similitudinis in unitate fundatam, idemque fere est de omnibus aliis speciebus intentionalibus, ut statim dicemus. Si vero sit sermo de similitudine posteriori, scilicet solius repraesentationis, falsum est non reperiri hanc in actu cognoscendi multo magis, quam in specie, ut supra probatum est. Et sine ulla causa diceremus, necessarium esse, ut species impressa repraesentet effective, nisi in ipsa expressa repraesentatura esset formaliter, quia et ipsa species non est nisi propter actum et non aliunde colligimus hanc repraesentationem nisi ex his quae in ipsis actibus cognoscendi experimur. Quod recte explicavit Anselmus in Monologio, cap. 31, dicens: Cum cogito notum mihi hominem absentem, formatur acies cogitationis

recipiente, y los mismos objetos sensibles imprimen la especie con más fuerza y eficacia en una potencia mejor dispuesta; por tanto, por esta parte no hay repugnancia.

14. Otra evasión. — De ahí que, finalmente, algunos nieguen que pueda darse una cualidad que represente a Dios tal como es en sí. Y consecuentemente niegan que la visión beatífica sea una semejanza de este tipo, ni que tal semejanza expresa sea necesaria para conocer. Pero contra estos valen, en primer lugar, todas las razones por las que arriba probamos que se da el "verbo" en los bienaventurados y que es propio de la naturaleza de la noticia o conocimiento el representar. Luego insisto preguntando de qué semejanza hablan: si de la semejanza propia perteneciente a la relación propia que se funda en la unidad de la misma forma, o de la semejanza de representación que pertenece más bien a la relación de lo medido y la medida. Si se trata de lo primero, es cierto que no puede encontrarse en una cosa creada respecto a Dios, por lo cual repugna tanto a la especie impresa como a la expresa. Es más, en términos generales es falso que la especie inteligible, o el verbo, o el acto de conocer sean de este modo semejanzas del objeto, como es evidente por sí mismo, porque las especies que un ángel tiene de otros no coinciden con ellos en la naturaleza formal como para poder tener con ellos una relación de semejanza fundada en la unidad, y lo mismo ocurre con casi todas las demás especies intencionales, como diremos enseguida. Si en cambio se trata de la semejanza posterior, a saber, la de la sola representación, es falso que esta no se encuentre en el acto de conocer mucho más que en la especie, como se ha probado arriba. Y sin causa alguna diríamos que es necesario que la especie impresa represente efectivamente, a menos que en ella misma estuviera formalmente la representación expresa, porque la especie misma no existe sino en función del acto y no colegimos esta representación de otra parte sino de lo que experimentamos en los mismos actos de conocer. Lo cual explicó rectamente Anselmo en el Monologio (cap. 31),

meae in mentalem imaginem ejus, qualem illam per visum oculorum in memoriam attraxi, quae imago in cognitione verbum est. Ex similitudine ergo repraesentativa actualis cognitionis intelligimus speciem impressam suo modo esse imaginem: Ergo ex hoc capite non potest repugnantia assignari.

15.Responsum Soti. — Refutatur. — Venio ad aliud membrum de efficientia. Nam imprimis Sotus supra docet, quamvis dari possit similitudo, qua formaliter beatificet, non tamen quae effective: quia similitudo effectiva esse debet immaterialior objecto, non tamen id necesse est dicere de similitudine expressa seu forma beatificante. Sed hoc mere gratis dictum est. Primo, quia nulla ratio est, ob quam similitudo impressa debeat esse immaterialior quam expressa: quia tota perfectio et ratio similitudinis impressae est propter expressam, ergo satis est, quod sit illi proportionata. Item, cur magis species impressa debet superare vel adaequare objectum in immaterialitate, quam expressa, cum non minus repraesentet objectum verbum ipsum quam species? Deinde simpliciter falsum est, speciem intentionalem necessario esse debere immaterialiorem in entitate sua quam objectum, ut manifeste constat in specie, quam inferior angelus habet de superiori, per quam illum intuitive et quidditative cognoscit, prout in se est, et tamen illa species non est immaterialior objecto suo. Quod probatur, quia species illa recipitur in angelo inferiori, ergo commensuratur ei in subtilitate et immaterialitate, quia quod recipitur, ad modum recipientis recipitur et proprietas est accommodata naturae, cui inest, sed angelus inferior non est immaterialior superiori, imo est imperfectior, ergo. Quocirca, quamvis respectu materialium objectorum species intelligibilis semper sit immaterialior, quia talia objecta in se solum sunt intelligibilia in potentia et per species fiunt intelligibilia in actu: respectu tamen

diciendo: "Cuando pienso en un hombre conocido para mí que está ausente, se forma el eje de mi pensamiento en una imagen mental de él, tal como la atraje a la memoria a través de la vista de los ojos, cuya imagen es el verbo en el conocimiento". Por tanto, a partir de la semejanza representativa del conocimiento actual entendemos que la especie impresa es, a su modo, una imagen: luego por este motivo no puede asignarse repugnancia.

15. Respuesta de Soto. — Se refuta. — Vengo al otro miembro sobre la eficiencia. Pues Soto enseña arriba que, aunque pueda darse una semejanza que beatifique formalmente, no puede darse una que lo haga efectivamente: porque la semejanza efectiva debe ser más inmaterial que el objeto, lo cual no es necesario decir de la semejanza expresa o forma beatificante. Pero esto se afirma gratuitamente. Primero, porque no hay razón por la cual la semejanza impresa deba ser más inmaterial que la expresa: pues toda la perfección y razón de la semejanza impresa es en función de la expresa, por lo que basta con que le sea proporcionada. Asimismo, ¿por qué la especie impresa debe superar o igualar al objeto en inmaterialidad más que la expresa, si el verbo mismo no representa al objeto menos que la especie? Además, es simplemente falso que la especie intencional deba ser necesariamente más inmaterial en su entidad que el objeto, como consta manifiestamente en la especie que el ángel inferior tiene del superior, por la cual lo conoce intuitiva y quidditativamente tal como es en sí, y sin embargo esa especie no es más inmaterial que su objeto. Lo cual se prueba porque esa especie se recibe en el ángel inferior, luego se conmensura con él en sutileza e inmaterialidad, porque lo que se recibe, se recibe al modo del recipiente y la propiedad se acomoda a la naturaleza en la que está; pero el ángel inferior no es más inmaterial que el superior, es más, es más imperfecto; luego [no es necesario]. Por lo cual, aunque respecto de los objetos materiales la especie inteligible siempre sea más inmaterial (puesto que tales objetos en sí mismos solo son inteligibles en potencia y se

objectorum spiritualium quae ex se sunt actu intelligibilia, non oportet species intelligibiles esse immaterialiores, quia non dantur ad elevandum objecta ad superiorem ordinem, sed solum ut suppleant vicem illorum vel reddant illa accommodata personis intelligentibus.

hacen inteligibles en acto a través de las especies), sin embargo, respecto de los objetos espirituales que por sí mismos son inteligibles en acto, no es necesario que las especies inteligibles sean más inmateriales; ya que no se dan para elevar los objetos a un orden superior, sino solo para que suplan el lugar de aquellos o los vuelvan acomodados a las personas que entienden.

16.Torres alia responsio. — Non admittitur. — Aliter respondet Torres, 1 p., qu. 12, art. 2, circa finem. Sicut dari potest qualitas creata sanctificans hominem formaliter, non tamen effective, quia hoc est proprium Dei, ita posse dari qualitatem beatificantem hominem formaliter, non tamen effective, efficientia propria et connaturali, de hac enim est sermo. Et hinc concludit, posse dari similitudinem formalem Dei, non tamen impressam, quia illa tantum beatificat formaliter, haec autem beatificaret effective. Sed haec responsio imprimis non ostendit rationem repugnantiae, neque exemplum, quod adducit, est ad rem. Si enim aliquid valeret, etiam probaret non posse dari lumen gloriae, quod sit principium connaturale efficiens visionem beatam, quia non potest dari simile principium efficiens gratiam sanctificatam. Et idem argumentum fieri potest de actu et habitu charitatis, qui suo modo sanctificant et beatificant. Differentia ergo solum est, quod respectu actus secundi, qui ex natura sua pendet effective a potentia creata, potest dari aliquod principium connaturale per modum actus primi. At vero respectu ipsiusmet actus primi per se infusi non datur aliud principium, quia neque est alius actus prior illo, a quo manet, neque etiam potest fieri a suo simili, quia nullus habitus est effectivus alterius habitus similis, nec denique fieri potest per actus ab ipso manantes, ut latius in materia de Gratia tractatur. Denique retorqueri potest argumentum, quia eo modo, quo sanctificatio nostra fieri potest per actus secundos, dari potest

15. Otra respuesta de Torres. — No se admite. — Torres responde de otro modo (1 p., q. 12, art. 2, hacia el final). Así como puede darse una cualidad creada que santifique al hombre formalmente, pero no efectivamente (pues esto es propio de Dios), así podría darse una cualidad que hiciera al hombre bienaventurado formalmente, pero no efectivamente mediante una eficiencia propia y connatural, pues de esta es de la que se habla. De esto concluye que puede darse una semejanza formal de Dios, pero no impresa, porque aquella solo beatifica formalmente, mientras que esta beatificaría efectivamente. Pero esta respuesta, en primer lugar, no muestra la razón de la repugnancia, ni el ejemplo que aduce viene al caso. Si valiera de algo, también probaría que no puede darse el lumen gloriae como principio connatural que cause la visión beatífica, pues no puede darse un principio similar que cause la gracia santificante. El mismo argumento puede hacerse sobre el acto y el hábito de la caridad, que a su modo santifican y beatifican. La diferencia estriba únicamente en que, respecto al acto segundo (que por su naturaleza depende efectivamente de la potencia creada), puede darse un principio connatural a modo de acto primero. En cambio, respecto al mismo acto primero infundido por sí mismo, no se da otro principio, porque ni hay otro acto anterior a él del cual emane, ni puede ser producido por algo semejante a él (pues ningún hábito es efectivo de otro hábito similar), ni finalmente puede producirse por actos que emanen de él mismo, como se trata más extensamente en la materia de la Gracia. Finalmente, el argumento puede volverse en contra, porque del mismo modo en que nuestra santificación

principium creatum efficiens nostram sanctificationem.

17.Evasio Ferrarii. — Aliter vero respondet Ferrarius 3, contra Gentes, cap. 53, dicens, posse quidem dari qualitatem creatam quae sit formalis similitudo Dei, tamen necessarium esse ut hujusmodi similitudo immediate procedat ab ipsa essentia Dei, quia nulla res creata potest conferre propriam similitudinem Dei, nisi Deus ipse. Et ideo potest dari species expressa Dei, manans ab ipsamet essentia Dei unita per modum speciei, non tamen manans ab specie creata. Quod si dicas, etiam speciem creatam esse immediate a Deo. Respondet non satis esse, quia illa posita oporteret speciem expressam non esse immediate a Deo, sed ab hac specie creata: et haec, inquit, est repugnantia.

18.Rejicitur. — Sed si quis recte consideret, haec solum est petitio principii et repetitio quaedam propriae assertionis, quia in eo, quod sumitur ut impossibile, nec ostenditur, nec potest ostendi aliqua ratio repugnantis. Quia si non repugnat, dari creatam similitudinem Dei ex parte formalis repraesentationis seu assimulationis, cur repugnabit hujusmodi similitudinem immediate procedere ab alia sibi proportionata et ejusdem ordinis, tanquam a principio proximo cum concursu proportionato Dei et aliorum principiorum. Respondet Ferrarius ex specie impressa et expressa compleri perfectam repraesentationem et ideo non posse utramque simul esse creatam. Sed hoc frivolum est. Quia illae species non componunt unam formam vel repraesentationem, sed sunt diversarum rationum una in habitu seu actu primo, altera in actu secundo et ideo ex utraque non fit una perfectior repraesentatio, quae excedat repraesentationem solius speciei expressae intensive (ut ita dicam). Nulla ergo est illa repugnantia, neque, ut existimo, assignari potest. Et ideo divus

puede realizarse mediante actos segundos, puede darse un principio creado que cause nuestra santificación.

16. Evasión de Ferrario. — Ferrario responde de otro modo (3 Contra Gentes, cap. 53) diciendo que puede darse una cualidad creada que sea semejanza formal de Dios, pero que es necesario que tal semejanza proceda inmediatamente de la esencia de Dios, ya que ninguna cosa creada puede conferir la semejanza propia de Dios sino Dios mismo. Por tanto, puede haber una especie expresa de Dios que emane de la misma esencia divina unida a modo de especie, pero no que emane de una especie creada. Y si dices que también la especie creada procede inmediatamente de Dios, responde que no basta, porque supuesta esa especie, sería necesario que la especie expresa no procediera inmediatamente de Dios, sino de esa especie creada; y esto, dice, es la repugnancia.

17. Se rechaza. — Pero si se considera rectamente, esto es solo una petición de principio y una repetición de su propia afirmación, pues en aquello que se toma como imposible, ni se muestra ni puede mostrarse razón alguna de repugnancia. Porque si no repugna que se dé una semejanza creada de Dios por parte de la representación formal o asimilación, ¿por qué habría de repugnar que tal semejanza proceda inmediatamente de otra proporcionada a ella y del mismo orden, como de un principio próximo, con el concurso proporcionado de Dios y de otros principios? Ferrario responde que la representación perfecta se completa con la especie impresa y la expresa, y por ello no pueden ser ambas creadas a la vez. Pero esto es fútil. Esas especies no componen una sola forma o representación, sino que son de razones distintas: una en hábito (acto primero) y otra en acto segundo; por tanto, de ambas no resulta una representación más perfecta que exceda intensivamente (por así decirlo) a la representación de la sola especie expresa. No existe, pues, tal repugnancia, ni estimo que pueda asignarse. Por ello, Santo Tomás nunca la situó en la eficiencia ni en la

Thomas nunquam illam posuit in efficientia neque in emanatione unius similitudinis ab alia, sed in hoc quod non potest dari qualitas creata, quae sit propria similitudo Dei. Unde generaliter contra hanc sententiam sic possumus concludere, quia visio, lumen et species servant inter se proportionem, ergo sicut datur lumen superioris ordinis, quod ex parte potentiae potest esse principium visionis, ita potest dari species quae ex parte objecti sit principium ejusdem visionis ejusdem ordinis cum illa et commensurata illi.

19.Ad argumenta. — Praeterea ex argumentorum solutionibus clarius constabit nullam in hoc negotio esse repugnantiam. Ad primum de infinitate Dei respondetur, sicut potest dari lumen et visio Dei infiniti, non tamen infinite visi, ita posse dari speciem ad videndum Deum infinitum, non tamen infinite et ideo non esse necessarium ut talis species sit infinita magis quam visio vel lumen: nam haec tria servant inter se proportionem. Neque ex deductione ibi facta colligitur infinitas, nisi tantum secundum quid et objectiva, vel ad summum quod talis species sit altioris ordinis, sicut dictum est de visione et dicetur de lumine.

20.Ad secundum respondetur, rem, quae est suum esse per essentiam, repraesentari posse per formam, quae in ratione entis non habeat essentialiter existere: aliud enim est esse suum esse; aliud repraesentare, ut patet aperte in ipsa visione beata, quae non essentialiter existit et tamen repraesentat eum, qui essentialiter existit. Ad tertium cum infertur, quod talis species esset immaterialior Deo, negatur consequentia, quia sufficere posset species ordinis divini, talem autem dari non esset inconveniens, sicut non est hoc inconveniens in visione et lumine: nam satis est, quod species sit ejusdem ordinis et immaterialitatis, cujus est lumen et visio, quia (ut dixi) illis debet proportionari. Et sic respondetur ad

emanación de una semejanza de otra, sino en el hecho de que no puede darse una cualidad creada que sea semejanza propia de Dios. De donde podemos concluir generalmente contra esta sentencia: puesto que la visión, la luz y la especie guardan proporción entre sí, así como se da una luz de orden superior que por parte de la potencia puede ser principio de la visión, así puede darse una especie que por parte del objeto sea principio de esa misma visión, del mismo orden que ella y conmensurada a ella.

18. A los argumentos. — Además, de las soluciones a los argumentos constará más claramente que no hay contradicción alguna en este asunto. Al primero sobre la infinitud de Dios se responde: así como puede haber luz y visión del Dios infinito sin que sea visto infinitamente, así puede haber una especie para ver al Dios infinito sin que sea infinita, pues estas tres cosas guardan proporción entre sí. Ni de la deducción allí hecha se concluye la infinitud, sino solo secundum quid y objetiva, o a lo sumo que tal especie sea de un orden más alto, como se ha dicho de la visión y se dirá de la luz.

19. Al segundo se responde: una cosa que es su propio ser por esencia puede ser representada por una forma que, en la razón de ente, no tenga el existir esencialmente. Una cosa es "ser su propio ser" y otra "representar", como se ve claramente en la visión beatífica, que no existe esencialmente y sin embargo representa a Quien existe esencialmente. Al tercero, cuando se infiere que tal especie sería más inmaterial que Dios, se niega la consecuencia, pues podría bastar una especie de orden divino; y que se dé tal cosa no sería inconveniente, como no lo es en la visión y la luz: pues basta con que la especie sea del mismo orden e inmaterialidad que la luz y la visión, porque (como dije) debe proporcionarse a ellas. Y así se responde al ejemplo allí aducido de la especie material, que no puede representar al ángel. Pues si valiera de algo, procedería del mismo modo para el acto y la luz, porque mediante un acto material no puede verse al ángel tal

exemplum ibi adductum de specie materiali, quae non potest repraesentare angelum. Nam si quid valeret, eodem modo procederet de actu et lumine, quia per actum materialem non potest videri angelus, prout in se est et tamen minus videtur distare in perfectione actus materialis ab angelo, quam actus creatus a Deo. Sicut ergo hic respondemus, magis distare in perfectione entis, non tamen in latitudine objecti et actus seu potentiae, quia objectum spirituale omnino est extra latitudinem potentiarum et actuum materialium, non vero extra latitudinem objecti potentiae creatae spiritualis et actum ejus, ita cum proportione dicendum est de specie intelligibili, quia haec commensuratur actui et potentiae et respicit idem objectum.

como es en sí, y sin embargo parece que dista menos en perfección el acto material del ángel, que el acto creado de Dios. Así como aquí respondemos que dista más en perfección de ser, pero no en la amplitud del objeto y el acto o la potencia (porque el objeto espiritual está totalmente fuera de la amplitud de las potencias y actos materiales, pero no fuera de la amplitud del objeto de la potencia creada espiritual y su acto), así debe decirse con proporción de la especie inteligible, pues esta se conmensura con el acto y la potencia y mira al mismo objeto.

21.Ad quartum negatur, speciem et objectum esse ejusdem rationis specificae, vel univoce in aliquo esse reali, sed tantum convenire in virtute agendi, quatenus species datur, ut loco objecti efficiat et in ratione repraesentandi, quatenus repraesentat rem, prout est: ostensum est autem, ex hoc capite non repugnare dari speciem Dei. Ad quintum de comprehensione negatur sequela, de qua jam satis dictum est. Ad sextum, jam ostendi, nullum esse inconveniens, quod detur homini aliquod principium creatum beatificans illum effective, quamvis solus Deus beatificet objective et effective, etiam ut primus auctor et praecipua causa beatitudinis.

20. Al cuarto se niega que la especie y el objeto sean de la misma razón específica, o unívocamente en algún ser real, sino que solo coinciden en la virtud de actuar (en cuanto la especie se da para que actúe en lugar del objeto) y en la razón de representar (en cuanto representa la cosa tal como es). Se ha mostrado, además, que por este motivo no repugna que se dé una especie de Dios. Al quinto sobre la comprehensión se niega la consecuencia, de lo cual ya se ha dicho bastante. Al sexto, ya mostré que no es inconveniente que se dé al hombre algún principio creado que lo beatifique efectivamente, aunque solo Dios beatifique objetiva y efectivamente, también como primer autor y causa principal de la bienaventuranza.

22.Reliqua argumenta nullius momenti sunt: nam licet in objectis, quae non includunt essentialiter existentiam, species, quae est principium cognoscendi illa quidditative, abstrahat a praesentia et absentia, seu cognitione abstractiva et intuitiva: tamen in specie Dei non esset hoc necessarium, quia existere est de essentia Dei et ideo talis species necessario esset principium visionis intuitivae. Nec sequitur, quod possit

21. Los demás argumentos no tienen peso. Pues aunque en los objetos que no incluyen esencialmente la existencia, la especie (que es principio de conocerlos quidditativamente) abstraiga de la presencia y ausencia, o del conocimiento abstractivo e intuitivo, sin embargo en la especie de Dios esto no sería necesario, pues el existir es de la esencia de Dios y, por tanto, tal especie sería necesariamente principio de visión intuitiva. Tampoco se sigue que pueda ser connatural al ángel, pues aunque fuera de perfección finita, sería de un orden más alto, como se ha dicho de la visión y la luz. Y por ello tampoco se sigue que tal especie pueda ser una sustancia. Es más, ni siquiera respecto al objeto creado se sigue que una sustancia pueda

esse connaturalis angelo, quia licet esset finitae perfectionis, tamen esset altioris ordinis, sicut dictum est de visione et lumine. Et ideo etiam non sequitur, posse talem speciem esse substantiam. Quin potius nec respectu objecti creati sequitur, quod una substantia possit esse species ad repraesentandam alteram, ut constat ex materia de angelis. Denique non sequitur, talem speciem esse perfectius ad imaginem Dei, quam animam rationalem, vel angelum, quia haec ratio imaginis attenditur secundum formalem et essentialem convenientiam in forma, seu natura, anima autem et angelus conveniunt cum Deo in gradu substantiae intellectualis, quam convenientiam non haberet illa species, sed solam vim effectivam repraesentandi intentionaliter. Nulla est ergo sufficiens ratio, quae ostendat hanc implicationem contradictionis, cum omnes adductae facile solvantur. Et eodem modo solvi possunt aliae quae circumferuntur, quia omnes possunt applicari ad lumen et visionem et in eis deficere invenientur.

ser especie para representar a otra, como consta en la materia de los ángeles. Finalmente, no se sigue que tal especie sea una imagen de Dios más perfecta que el alma racional o el ángel, porque esta razón de imagen se considera según la conveniencia formal y esencial en la forma o naturaleza; el alma y el ángel convienen con Dios en el grado de sustancia intelectual, conveniencia que no tendría esa especie, sino solo la fuerza efectiva de representar intencionalmente. No hay, pues, razón suficiente que muestre esta implicación de contradicción, pues todas las aducidas se resuelven fácilmente. Y del mismo modo pueden resolverse otras que circulan, pues todas pueden aplicarse a la luz y a la visión, y se encontrará que fallan en ellas.

CAPUT XIV

UTRUM INFUNDATUR LUMEN GLORIAE VIDENTIBUS DEUM.

1.Ratio dubitandi oritur ex dictis, nam ad efficiendam visionem sufficit intellectus cum specie, seu objecto: sed ostensum est, intellectum habere efficientiam et Deum concurrere per se ipsum, ergo nihil aliud est necessarium. Probatur major, quia in intellectione duo sunt, scilicet quod sit intellectio: et hoc habet ex eo, quod est a potentia intellectiva: et quae sit talis intellectio; et hoc habet ab objecto, ergo haec duo sufficiunt, quia non est in effectu tertia aliqua ratio, ob quam requiratur tertium aliud principium, quod vocetur lumen. Et confirmatur, quia posito quocumque lumine tam improportionata manet potentia ad videndum sicut sine illo,

CAPÍTULO XIV.

SI SE INFUNDE EL LUMEN GLORIAE A LOS QUE VEN A DIOS.

1.La razón de duda surge de lo dicho, pues para producir la visión basta el intelecto con la especie o el objeto; pero se ha mostrado que el intelecto tiene eficiencia y que Dios concurre por sí mismo, luego nada más es necesario. Se prueba la mayor, porque en la intelección hay dos cosas: que sea intelección (y esto lo tiene por el hecho de proceder de la potencia intelectiva) y que sea "tal" intelección (y esto lo tiene por el objeto); por tanto, estas dos cosas bastan, pues no hay en el efecto una tercera razón por la cual se requiera un tercer principio distinto que se llame luz. Y se confirma: porque puesta cualquier luz, la potencia sigue siendo tan desproporcionada para ver como sin ella (pues dista infinitamente de Dios), luego se pone superfluamente.

2.Primera opinión. — Supongo que por "luz de gloria" entendemos una cualidad creada y hábito, y una virtud intelectual sobrenatural, infundida por sí misma al

quia tam distat infinite a Deo, ergo superflue ponitur.

1.Prior sententia. — Suppono, per lumen gloriae nos intelligere qualitatem creatam et habitum, ac virtutem intellectualem supernaturalem, et per se infusam intellectui, qua reddatur proxime potens et habilis ad videndum Deum. Quo sensu non defuerunt theologi, qui negarent hujusmodi lumen de facto infundi beatis. Quam sententiam plane docere videtur Durandus 4, d. 49, qu. 2, et Aureolus, quem ibi refert Capreolus, quaestione 4, et in eam propensus est Scotus in 3, d. 14, quaestione 2.et in 4, d. 49, quaestione 11, quia sentit visionem beatam non esse effective ab intellectu. Unde idem solet tribui nominalibus, quia eodem modo sentiunt visionem a solo Deo fieri. Nam ad solam receptionem visionis non videtur esse necessarium lumen, quanquam in hoc aliter sentiunt Gabriel, Richardus et Marsilius, ut capite sequenti dicamus. Aliter negant alii necessitatem hujus luminis: existimant enim praeter speciem objecti et potentiam non esse necessariam aliam qualitatem, et ideo dicunt ipsam speciem debere intelligi nomine luminis, quatenus manifestat objectum. Nec desunt qui hanc sententiam tribuant D. Thomae, 1 parte, quaestione 12, articulo 2 et 5, quatenus dicit lumen gloriae requiri ad videndum Deum tanquam similitudinem quamdam objecti visi; nam species intelligibilis nihil aliud est quam similitudo objecti.

Vera tamen et communis sententia est, dari in beatis hujusmodi lumen prout a nobis est ratio ejus explicata. Circa quam sententiam tria breviter videnda sunt. Primum, an sit hoc lumen gloriae; secundum, quod sit munus ejus seu utilitas; tertium, quanta sit necessitas ejus.

3. Assertio. — Circa primum dicendum est, dari in beatis lumen gloriae, quo eorum intellectus elevatur ad videndum Deum. Sic

intelecto, por la cual este se vuelve próximamente potente y hábil para ver a Dios. En este sentido no faltaron teólogos que negaran que tal luz se infunda de hecho a los bienaventurados. Esta opinión parece enseñarla claramente Durando (4, d. 49, q. 2) y Aureolo (a quien cita allí Capreolo, cuestión 4), y hacia ella se inclina Escoto (en 3, d. 14, cuestión 2)…

...y en el cuarto libro, distinción 49, cuestión 11, porque considera que la visión bienaventurada no procede efectivamente del intelecto. De donde suele atribuirse lo mismo a los nominales, pues del mismo modo consideran que la visión es producida solo por Dios. Pues para la sola recepción de la visión no parece necesaria la luz, aunque en esto piensen de otro modo Gabriel, Ricardo y Marsilio, como diremos en el capítulo siguiente. De otra manera niegan otros la necesidad de esta luz, pues estiman que, además de la especie del objeto y la potencia, no es necesaria otra cualidad, y por ello dicen que la misma especie debe entenderse bajo el nombre de luz, en cuanto manifiesta el objeto. Ni faltan quienes atribuyen esta sentencia a Santo Tomás (1 parte, cuestión 12, artículos 2 y 5), en cuanto dice que la luz de la gloria se requiere para ver a Dios como una cierta semejanza del objeto visto, pues la especie inteligible no es otra cosa que una semejanza del objeto.

Sin embargo, la sentencia verdadera y común es que se da en los bienaventurados tal luz según la razón que hemos explicado. Sobre la cual deben verse brevemente tres cosas: primero, si existe esta luz de la gloria; segundo, cuál es su función o utilidad; tercero, qué tan necesaria es.

3. Aserción. — Sobre lo primero, debe decirse que se da en los bienaventurados la luz de la gloria, por la cual su intelecto es elevado para ver a Dios. Así Santo Tomás (supra y en el libro 3 de *Contra Gentes*, capítulo 53), y en esos lugares Cayetano y Ferrario, Capreolo, Paludano, Soto (4, dist. 49), Buenaventura (3, d. 44, art. 4, q. 3, al final y art. 2, q. 4, a la 3), Major (allí q. 2), Argentina (4, d. 49, q. 2, art. 4) y allí Ricardo (art. 3, q. 2 y en el 3, d.

divus Thomas, supra et 3, *Contra Gentes*, capite 53, et illis locis Cajetanus et Ferrarius, Capreolus, Paludanus, Sotus 4, dist. 49, Bonaventura 3, d. 44, art. 4, qu. 3, ad ult. et art. 2, qu. 4, ad 3, Major ibi qu. 2, Argentina 4, d. 49, q. 2, art. 4 et ibi Richardus, art. 3, q. 2 et in 3, d. 44, art. 3, qu. 1, Marsilius, qu. 10, art. 2, Henricus *Quodlibet* 8, qu. 3 et *Quodlibet* 4, qu. 6. Et in hujus confirmationem solent adduci ex Scripturis illud Psalm. 35: *In lumine tuo videbimus lumen*; et illud 1 Joannes 3: *Similes ei erimus*, scilicet in participatione luminis ad videndum ipsum; et Isai. 60: *Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem, nec splendor lunae illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam*. Quae verba quasi exponens Joannes, *Apocalyp.* 21 et 22, inquit: *Civitas non eget Sole, neque Luna, ut luceant in ea: nam claritas Dei illuminabit eam*. Quomodo etiam ait Nazianzenus, *Oratione* 40: *Regi stans hinc atque illinc magno lumine impletur*; et fere similia habet *orat.* 14 et 18, et similes locutiones reperiuntur passim in Patribus, quae sunt accommodatae ad rem explicandam, sed non satis cogunt.

44, art. 3, q. 1), Marsilio (q. 10, art. 2), Enrique (*Quodlibet* 8, q. 3 y *Quodlibet* 4, q. 6). Y para confirmación de esto suelen aducirse de las Escrituras aquello del Salmo 35: *En tu luz veremos la luz*; y aquello de 1 Juan 3: *Seremos semejantes a Él*, a saber, en la participación de la luz para verlo; e Isaías 60: *No tendrás ya al Sol para alumbrarte de día, ni el resplandor de la Luna te iluminará, sino que el Señor será para ti luz eterna*. Palabras que, casi exponiéndolas, Juan dice en el Apocalipsis 21 y 22: *La ciudad no necesita sol ni luna que luzcan en ella, porque la claridad de Dios la iluminará*. Como también dice [Gregorio] Nacianceno en su oración 40: *El que está junto al Rey es llenado de gran luz*; y casi lo mismo tiene en las oraciones 14 y 18, y expresiones similares se encuentran por doquier en los Padres, las cuales son adecuadas para explicar el asunto, pero no obligan suficientemente.

4. — Praecipue ergo fundatur haec sententia in *Clementina Ad nostrum*, de Haeret. Ubi inter errores Begardorum et Beguinorum damnatur: *Quod anima non indiget lumine gloriae ipsam elevante ad Deum videndum*. Propter quod testimonium Capreolus, Cajetanus, Ferrarius, Sotus et nonnulli alii existimant hanc sententiam esse de fide; sed quamvis absolute loquendo de lumine gloriae certissimum sit dari beatis ad videndum Deum, tamen loquendo de lumine sub ratione a nobis explicata, non videtur de fide ex vi illius definitionis. Quod ut declaremus, verum sensum Concilii aperire necesse est.

4. — Esta sentencia se funda principalmente en la Clementina *Ad nostrum*, bajo el título *de Haereticis*, donde entre los errores de los begardos y beguinas se condena: *Que el alma no necesita la luz de la gloria que la eleve para ver a Dios*. Por este testimonio, Capreolo, Cayetano, Ferrario, Soto y algunos otros estiman que esta sentencia es de fe; pero aunque, hablando absolutamente de la luz de la gloria, sea certísimo que se da a los bienaventurados, sin embargo, hablando de la luz bajo la razón explicada por nosotros, no parece de fe por la fuerza de aquella definición. Para aclarar esto, es necesario abrir el verdadero sentido del Concilio.

5. **Prima interpretatio Concilii. — Rejicitur.** — Primo ergo quidam interpretantur illud Concilium de

5. Primera interpretación del Concilio. — Se rechaza. — Primero, algunos interpretan aquel Concilio sobre la luz de la gloria increada. Pues el Concilio no dice que sea necesaria una luz de gloria creada, sino simplemente la luz de gloria que eleva el intelecto: ahora bien, este puede ser elevado por la misma luz increada, unida de algún modo a él y confortándolo para ver. Esta interpretación es rechazada por todos, porque el Concilio habla de la luz de

lumine gloriae increato. Nam Concilium non dicit esse necessarium lumen gloriae creatum, sed simpliciter lumen gloriae elevans intellectum: potest autem elevari ipso increato lumine, aliquo modo sibi unito et confortante ipsum ad videndum. Haec vero interpretatio ab omnibus rejicitur, quia Concilium loquitur de lumine gloriae eo modo quo theologi loqui solent: omnes autem per lumen gloriae intelligunt aliquid creatum. Deinde quia lumen gloriae increatum non proprie elevat hominis intellectum, nisi quatenus aliquid in ipso intellectu Deus operatur supra naturam ejus: nam ipsum lumen increatum per se ipsum non unitur formaliter intellectui; sicut voluntas non elevatur ad amandum per ipsam charitatem increatam et per essentiam Dei, sed quatenus in voluntate aliquid infundit.

gloria del modo en que suelen hablar los teólogos: y todos entienden por luz de gloria algo creado. Además, porque la luz de gloria increada no eleva propiamente el intelecto del hombre, a menos que Dios obre algo en el mismo intelecto por encima de su naturaleza: pues la misma luz increada no se une por sí misma formalmente al intelecto; así como la voluntad no es elevada a amar por la misma caridad increada y por la esencia de Dios, sino en cuanto que Dios infunde algo en la voluntad.

6. Secunda interpretatio. — Non admittitur. — Secundo, ut Capreolus supra refert, aliqui dixerunt per lumen gloriae intelligi posse ipsam visionem, quae Deum manifestat et ut sic dicitur lumen. Nam Concilium solum intendit docere contra illos haereticos visionem illam esse supernaturalem, et hoc sensu dicit esse necessarium lumen: ergo si quis docet illam visionem necessario infundi a Deo, et illam vocet lumen gloriae infusum, satisfacit intentioni Concilii. Sed haec fuga etiam rejicitur, tum propter rationem supra factam ex communi significatione vocis, tum etiam quia Concilium dicit requiri lumen elevans ad videndum: ergo distinguit lumen a visione: visio enim non proprie elevat ad videndum, sed constituit formaliter videntem. Item contra hanc expositionem faciunt quae dicemus contra sequentem.

6. Segunda interpretación. — No se admite. — Segundo, como refiere Capreolo arriba, algunos dijeron que por luz de gloria puede entenderse la misma visión, la cual manifiesta a Dios y, como tal, se llama luz. Pues el Concilio solo pretende enseñar contra aquellos herejes que aquella visión es sobrenatural, y en este sentido dice que es necesaria la luz: por tanto, si alguien enseña que esa visión es necesariamente infundida por Dios y la llama luz de gloria infusa, satisface la intención del Concilio. Pero esta evasión también se rechaza, tanto por la razón dada arriba sobre la significación común del vocablo, como porque el Concilio dice que se requiere luz que eleve para ver: por tanto, distingue la luz de la visión, pues la visión no eleva propiamente para ver, sino que constituye formalmente al que ve. Asimismo, contra esta exposición militan las razones que diremos contra la siguiente.

7. **Tertia interpretatio. — Non probatur.** — Tertio, aliqui dixerunt per lumen gloriae intelligi auxilium supernaturale necessarium ad eliciendam visionem, sive per modum habitus, sive per modum actionis, et sive sit res distincta a visione, sive non.

7. **Tercera interpretación. — No se prueba.** — Tercero, algunos dijeron que por luz de gloria se entiende el auxilio sobrenatural necesario para producir la visión, ya sea por modo de hábito o por modo de acción, y sea o no una cosa distinta de la visión. Así lo refiere Soto, cuestión 2, artículo 4. Y a algunos teólogos más recientes les place esta exposición; sin embargo, no debe aprobarse. Primero, por la razón ya hecha: porque en la significación propia y común de ese vocablo, luz no significa concurso, sino una cualidad, y no es lícito interpretar el Concilio impropiamente, pues de otro modo nada es seguro. Segundo, porque el Concilio condena distintamente dos

errores: el primero era que aquella visión fuera natural, contra el cual define que es sobrenatural (y en esto se contiene que es necesario un auxilio sobrenatural para producirla); el otro error era que la luz no sea necesaria, y esto lo condena distintamente y por sí mismo: luego enseña algo en esto que no estaba contenido en lo otro.

8. Cuarta interpretación. — No agrada. — Cuarto, otros entienden por luz una cualidad infundida distinta de la visión, pero dicen que ella es solamente una cierta especie inteligible del objeto. Pero esto también desagrada. Primero, porque no suele significarse la especie con el nombre de luz, a no ser muy metafóricamente; segundo, porque en ese sentido no habría habido razón para aquella definición, a no ser según la opinión que dice que se da tal especie creada de la esencia divina: la cual hemos mostrado que es contraria a Santo Tomás y a los teólogos comúnmente, e incluso que es falsa. Se prueba la consecuencia, porque aquella opinión supone que basta la sola eficiencia del objeto con el intelecto; luego, si la esencia divina por sí misma otorga la eficiencia del objeto, no es necesario otro principio y, por consiguiente, tampoco la luz; por tanto, es preciso rechazar la opinión que atribuye a la misma divina esencia la eficiencia del objeto. Y así, según aquella exposición, el Concilio habría condenado solo esta sentencia y aprobado la contraria, lo cual es absurdo decir. Tercero, porque la especie del objeto, por su naturaleza, no se requiere para elevar la potencia, sino para unir el objeto a la potencia, necesidad que se encuentra incluso en los actos naturales para los cuales la potencia no es elevada; por tanto, dado que el Concilio habla de la luz necesaria para elevar la potencia, no habla solo de la especie, pues no podría deducirse que la visión es sobrenatural por la sola necesidad de la especie. Habla, pues, el Concilio de la luz que sea una virtud que eleva la potencia por parte de esta.

9. — Por lo cual, aunque esta definición no sea abierta, favorece mucho a esta sentencia: y puede confirmarse por

Ita refert Sotus, quaestione 2, articulo 4. Et nonnullis recentioribus theologis placet expositio: tamen non est probanda. Primo, propter rationem factam, quia in propria significatione et communi illius vocis, lumen non significat concursum, sed qualitatem aliquam, et non licet improprie Concilium interpretari, alias nihil est certum. Deinde quia Concilium distincte damnat duos errores: primus erat visionem illam esse naturalem, contra quem definit esse supernaturalem, et in hoc continetur quod est necessarium auxilium supernaturale ad efficiendam illam; alter error erat quod lumen non sit necessarium, et hoc distincte et per se damnat: ergo aliquid in hoc docet quod in altero non continebatur.

8. Quarta interpretatio. — Non placet. — Quarto alii per lumen intelligunt qualitatem infusam distinctam a visione, tamen dicunt illam esse solum speciem quamdam intelligibilem objecti. Sed hoc etiam displicet. Primo, quia non solet species significari nomine luminis, nisi valde metaphorice; secundo, quia in eo sensu nulla fuisset ratio illius definitionis nisi juxta opinionem dicentem dari hujusmodi speciem creatam essentiae divinae: quam esse contra D. Thomam et theologos communiter, imo et falsam esse ostendimus. Probatur sequela, quia illa opinio supponit solam efficientiam objecti cum intellectu sufficere; ergo si essentia divina per se dat efficientiam objecti, non est necessarium aliud principium et consequenter neque lumen; ergo oportet rejicere opinionem quae ipsi divinae essentiae tribuit objecti efficientiam. Atque ita juxta illam expositionem hanc solam sententiam damnasset Concilium et contrariam approbasset, quod dicere absurdum est. Tertio, quia species objecti ex natura sua non requiritur ad elevandam potentiam, sed ad conjungendum objectum potentiae, quae necessitas reperitur etiam in

actibus naturalibus ad quos potentia non elevatur; ergo cum Concilium loquatur de lumine necessario ad elevandam potentiam, non loquitur de sola specie, neque enim ex sola necessitate speciei posset colligi visionem esse supernaturalem. Loquitur ergo Concilium de lumine quod sit virtus elevans potentiam ex parte ejus.

9. — Quocirca licet haec definitio non sit aperta, multum favet huic sententiae: et confirmari potest ex alia generali doctrina de habitibus infusis ad supernaturales actus eliciendos. Nam est eadem, vel major ratio de hoc lumine, quia etiam illud ponitur ut quaedam virtus infusa, cujus actus non minus supernaturalis est quam actus aliarum virtutum infusarum, ut ex supra dictis constat. Ergo non videtur minus certum dari hujusmodi lumen ad videndum quam charitatem ad amandum et alias virtutes ad actus suos; et hoc magis constabit ex dicendis in secundo puncto, ubi ratio hujus veritatis reddetur. Et contrarium opinantibus satis fiet.

CAPUT XV.

QUAE SIT NECESSITAS, QUODVE MUNUS LUMINIS GLORIAE.

1. Varii modi dicendi. — Primus modus. — Probatur auctoritate. — Circa secundum de munere vel utilitate hujus luminis, quinque esse possunt dicendi modi. Primus et mihi certus est, requiri hoc lumen, ut conferat intellectui virtutem activam et connaturalem ad efficiendum actum visionis, ita ut quoad fieri possit, suppleat ex hac parte defectum ipsius potentiae. Haec est sententia Capreoli, Cajetani, Ferrarii, Soto et omnium Thomistarum ac etiam theologorum, qui negant dari speciem creatam et impressam essentiae divinae, et affirmant intellectum effective concurrere ad visionem.

la otra doctrina general sobre los hábitos infundidos para producir actos sobrenaturales. Pues...
est la misma, o mayor razón acerca de este lumen, porque también se pone como cierta virtud infusa, cuyo acto no es menos sobrenatural que el acto de las otras virtudes infusas, como consta por lo dicho anteriormente. Luego no parece menos cierto que se da este lumen para ver que la caridad para amar y las otras virtudes para sus actos; y esto constará más por lo que se dirá en el segundo punto, donde se dará la razón de esta verdad. Y se satisfará suficientemente a los que opinan lo contrario.

CAPÍTULO XV

CUÁL SEA LA NECESIDAD Y CUÁL EL OFICIO DEL LUMEN DE LA GLORIA

1. Diversos modos de hablar. — Primer modo. — Se prueba por la autoridad. — Acerca de lo segundo, sobre el oficio o utilidad de este lumen, puede haber cinco modos de hablar. El primero, y para mí cierto, es que se requiere este lumen para que confiera al intelecto una virtud activa y connatural para realizar el acto de visión, de modo que, en cuanto sea posible, supla por esta parte el defecto de la misma potencia. Esta es la sentencia de Capréolo, Cayetano, Ferrariense, Soto y de todos los tomistas, y también de los teólogos que niegan que se dé especie creada e impresa de la esencia divina, y afirman que el intelecto concurre efectivamente a la visión.
Pues de estos principios se sigue casi evidentemente que este es el oficio del lumen gloriae y que sin él sería superfluo tal lumen. Es también esta clara sentencia de Santo Tomás, como consta por la distinción 12, artículo 9 y 5. Pues en la segunda yace el fundamento, que, como veremos, es casi el único en esta materia y por tanto debe considerarse atentamente: Dice pues que para ver se requieren dos cosas: una es la virtud visiva, otra la unión de la cosa vista con la vista.

Nam ex his principiis fere evidenter sequitur hoc esse munus luminis gloriae et sine illo superfluum esse tale lumen. Est etiam haec clara sententia D. Thomae, ut patet ex d. qu. 12, art. 9 et 5. Nam in 2° jacet fundamentum, quod, ut videbimus, unicum fere est in hac materia et ideo attente considerandum est: Ait ergo, ad videndum duo requiri, unum est virtus visiva, aliud unio rei visae cum visu.

Sed dicunt quidam, per virtutem visivam intelligere divum Thomam potentiam videndi informatam specie impressa, per unionem vero rei visae cum visu intelligere illam quae fit per speciem expressam. Sed hoc sicut est contra omnem usitatum modum loquendi, ita plane est contra mentem D. Thomae: illud enim principium, quod divus Thomas sumit, vulgare est inter philosophos, qui praeter actum videndi et terminum ejus, requirunt ex parte principii potentiam visivam et unionem cum objecto, quam dicunt fieri per speciem et sic dicunt notitiam seu visionem esse partem mentis ex potentia et objecto, quam vocavit Augustinus «memoriam fecundam».

In hoc ergo eodem sensu sine dubio loquitur divus Thomas, qui illa duo exponens in visione corporali, visivam virtutem dicit esse oculum, in spirituali autem esse virtutem intellectivam: nomine autem oculi, aut virtutis intellectivae non significatur visus aut intellectus, ut jam informatus specie, sed secundum se. Denique illa duo, scilicet, virtutem videndi et unionem cum objecto distinguit divus Thomas a visione (ut supra animadverti), non ergo loquitur de unione quae fit per speciem impressam.

Propterea dicit inferius, virtutem videndi in intellectu esse lumen intellectuale, si sit sermo de virtute naturali, vel lumen gratiae aut gloriae, si sit sermo de virtute supernaturali. At lumen naturale intellectus, nec est species, nec includit illam, sed tenet se ex parte potentiae intellectivae: ita ergo loquitur ibi D. Thomas de

Pero dicen algunos que por virtud visiva entiende Santo Tomás la potencia de ver informada por la especie impresa, y por unión de la cosa vista con la vista entiende aquella que se hace por la especie expresa. Pero esto, así como va contra todo modo usual de hablar, así es claramente contra la mente de Santo Tomás. Aquel principio, que toma Santo Tomás, es común entre los filósofos, quienes, además del acto de ver y su término, requieren por parte del principio la potencia visiva y la unión con el objeto, que dicen que se hace por la especie, y así dicen que el conocimiento o visión es una parte compuesta de la potencia y del objeto, a la que llamó Agustín «memoria fecunda».

17. Quod vero attinet ad D. Thomam, evidenter loquitur ibi de similitudine per formalem convenientiam et fundatam in aliqua unitate, non de similitudine repraesentativa. Quod patet tum quia hanc posteriorem similitudinem directe intendit excludere, tum etiam quia distinguendo virtutem visivam a forma per quam videt, subjungit Deum esse auctorem virtutis intellectivae et esse aliquam participatam similitudinem ipsius Dei; et explicando hanc participatam virtutem dicit esse lumen intellectuale vel naturale vel gratiae. At constat lumen naturale non vocari similitudinem repraesentativam, sed per participatam convenientiam. Ita ergo dicit lumen gloriae esse similitudinem perfectiorem et altioris ordinis, ut clarissime etiam explicat art. 5. Scotus etiam sine causa citatur, cum expresse distinguat speciem a lumine et dicat non esse in beatis speciem, licet sit lumen, de quo etiam ait esse cum intellectu principium visionis. Alii etiam generaliter loquuntur, nullusque ex antiquis est qui illam sententiam docuerit, ut iterum sequenti puncto dicam.

17. En cuanto a Santo Tomás, evidentemente habla allí de semejanza por conveniencia formal y fundada en alguna unidad, no de semejanza representativa. Lo cual es claro tanto porque directamente intenta excluir esta última semejanza, como también porque, al distinguir la virtud visiva de la forma por la que ve, añade que Dios es autor de la virtud intelectiva y que hay alguna semejanza participada del mismo Dios; y explicando esta virtud participada dice que es lumen intelectual o natural o de gracia. Ahora bien, consta que el lumen natural no se llama semejanza representativa, sino por conveniencia participada. Así pues dice que el lumen gloriae es semejanza más perfecta y de orden superior, como clarísimamente explica también en el art. 5. También Escoto se cita sin causa, pues expresamente distingue la especie del lumen y dice que no hay en los bienaventurados especie, aunque haya lumen, del cual también dice que es con el intelecto principio de la visión. Los demás también hablan en general, y no hay ninguno de los antiguos que haya enseñado aquella sentencia, como diré de nuevo en el siguiente punto.

Tercera sentencia acerca del oficio del lumen gloriae.

De munere luminis gloriae tertia sententia.

18. Tertius ergo modus explicandi munus luminis gloriae complectitur duos praecedentes. Aiunt enim qui sic opinantur lumen gloriae esse qualitatem adeo eminentem ut et sit virtus intelligendi potens ad elevandum et confortandum intellectum ex parte ejus, et simul ad repraesentandum intentionaliter objectum: nihil enim repugnat has duas rationes conjungi in una et eadem qualitate; quod si possunt ita conjungi, verisimile est qualitatem illam eminentissime utramque rationem comprehendere. Non invenio tamen scriptorem theologum qui hanc sententiam docuerit expresse; at si qui sunt qui et speciem creatam ponunt in beatis et unam tantum supernaturalem virtutem illis conferri significant, juxta hanc sententiam essent interpretandi, quia minora habet incommoda.

19. Refutatur. — Haec ergo sententia non est contraria primae supra positae, sed addit aliquid contrarium his quae in c. 11 cum D. Thoma diximus. Unde in duobus displicet: primo quod ponit speciem creatam Dei absque necessitate et praeter exigentiam connaturalem illius objecti per se maxime intelligibilis. Atque hoc commune est huic opinioni cum praecedenti, quamvis ab illa differat in ponenda virtute supernaturali dante intellectui supernaturalem vim intelligendi, in quo minora multo habet incommoda. Secundo tamen displicet quod illa duo munera in una qualitate conjungit. Nam si oporteret utrumque illud munus tribuere qualitati creatae, duae potius essent constituendae: una per modum cujusdam virtutis intellectivae supernaturalis, quam vocamus lumen gloriae; altera quae esset species objecti, determinativa illius virtutis intellectivae et uniens cum illa objectum intelligendum, quia in omni scientia creata habitus seu virtus

18. El tercer modo, pues, de explicar el oficio del lumen gloriae abarca los dos anteriores. Dicen, en efecto, los que así opinan que el lumen gloriae es una cualidad tan eminente que es a la vez virtud de entender, potente para elevar y confortar al intelecto de su parte, y al mismo tiempo para representar intencionalmente el objeto: nada repugna, en efecto, que estas dos razones se conjuguen en una y la misma cualidad; y si pueden conjuntarse así, es verosímil que aquella cualidad eminentemente comprenda ambas razones. Sin embargo no encuentro escritor teólogo que haya enseñado expresamente esta sentencia; pero si hay quienes ponen especie creada en los bienaventurados y significan que se les confiere una sola virtud sobrenatural, según esta sentencia deberían interpretarse, porque tiene menores inconvenientes.

19. Se refuta. — Esta sentencia, pues, no es contraria a la primera puesta arriba, sino que añade algo contrario a lo que en el c. 11 con Santo Tomás dijimos. Por lo cual desagrada en dos cosas: primero, porque pone especie creada de Dios sin necesidad y fuera de la exigencia connatural de aquel objeto de suyo máximamente inteligible. Y esto es común a esta opinión con la precedente, aunque de ella difiere en poner una virtud sobrenatural que da al intelecto fuerza sobrenatural de entender, en lo cual tiene mucho menores inconvenientes. Segundo, sin embargo, desagrada que conjunte aquellos dos oficios en una sola cualidad. Pues si fuera necesario atribuir ambos oficios a una cualidad creada, más bien deberían constituirse dos: una a modo de cierta virtud intelectiva sobrenatural, a la que llamamos lumen gloriae; otra que fuera especie del objeto, determinativa de aquella virtud intelectiva y que une con ella el objeto que debe entenderse, porque en toda ciencia creada el hábito o virtud necesaria de parte de la potencia está distinta de la especie necesaria de parte del objeto; son, en efecto, aquellas actividades de diversas razones. Asimismo porque es probable que también aquel lumen tenga varios objetos materiales creados acerca de los cuales pueda versar y por

necessaria ex parte potentiae est distincta ab specie necessaria ex parte objecti; sunt enim illae activitates diversarum rationum. Item quia probabile est etiam illud lumen habere plura objecta materialia creata circa quae versari potest et ideo indiget speciebus eorum vel concursu objectorum ut determinetur ad ipsos actus, sicut supra de caritate dicebamus determinari ab objectis ut amorem Dei vel proximi eliciat, vel ut eliciat amorem Dei vel odium peccati.

eso necesite de sus especies o del concurso de los objetos para determinarse a los mismos actos, como antes decíamos de la caridad que se determina por los objetos para elicitar el amor de Dios o del prójimo, o para elicitar amor de Dios u odio del pecado.

20. Adde quod licet habitus scientiae sit determinatus ad judicandum de tali objecto, nihilominus indiget specie, quia illa determinatio non est proprie objectiva seu repraesentativa objecti, sed solum ex propensione quadam luminis intellectualis; ut vero sit repraesentativa, necessaria est species. Item, si fingeremus substantiam creatam superioris ordinis habentem lumen intellectuale potens videre Deum et quascumque creaturas, illa nihilominus indigeret speciebus objectorum ut illa posset intelligere, quia nulla creatura intellectualis nec ejus lumen esset per se repraesentativum rerum intelligibilium. Ita ergo de lumine gloriae philosophandum est: est enim virtus quaedam intellectiva ad modum potentiae et ideo per se non habet repraesentationem objecti, sed illi conjungitur et illo secluso indigeret specie. Denique licet forte demonstrari non possit implicare contradictionem fieri unam qualitatem habentem utrumque munus, tamen neque nunc necessaria est, nec facile est fingenda contra communem ordinem creaturarum omnium.

20. Añade que, aunque el hábito de ciencia esté determinado a juzgar de tal objeto, sin embargo necesita especie, porque aquella determinación no es propiamente objetiva o representativa del objeto, sino solo por cierta propensión del lumen intelectual; mas para que sea representativa, es necesaria la especie. Asimismo, si fingiéramos una sustancia creada de orden superior que tuviera lumen intelectual potente para ver a Dios y cualesquiera criaturas, aquella sin embargo necesitaría especies de los objetos para poder entenderlos, porque ninguna criatura intelectual ni su lumen sería por sí representativo de las cosas inteligibles. Así, pues, debe filosofarse acerca del lumen gloriae: es, en efecto, cierta virtud intelectiva a modo de potencia y por eso por sí no tiene representación del objeto, sino que se une a él y, excluido él, necesitaría especie. Finalmente, aunque tal vez no pueda demostrarse que implique contradicción hacerse una cualidad que tenga ambos oficios, sin embargo ni ahora es necesaria, ni es fácil fingirla contra el orden común de todas las criaturas.

Quarta opinio de officio luminis.

Cuarta opinión acerca del oficio del lumen.

21. Non admittitur. — Quartus modus dicendi est hoc lumen requiri ut dispositionem passivam seu materialem ad eam unionem quae fit inter divinam essentiam et intellectum in esse intelligibili. Nam cum illa forma sit supremi ordinis et

21. No se admite. — El cuarto modo de decir es que este lumen se requiere como disposición pasiva o material para aquella unión que se hace entre la esencia divina y el intelecto en el ser inteligible. Pues como aquella forma es de orden supremo y el intelecto de suyo le es improporcionado, es necesario que se disponga a ella de modo connatural. Esta es la opinión común de los tomistas, Capréolo, Cayetano, Ferrariense y otros, en los lugares citados, y la significa Santo Tomás en la citada q. 12, art. 5 y en otros lugares. Pero estimo que este oficio

intellectus ex se sit illi improportionatus, oportet ut ad illam disponatur connaturali modo. Haec est opinio communis Thomistarum, Capreoli, Cajetani, Ferrariensis et aliorum, locis citatis, eamque significat D. Thomas dicta quaest. 12, art. 5 et alibi. Sed existimo hoc munus non esse distinctum a priori. Quia illa unio in actu primo, ut dixi, non est alia nisi conjunctio in ordine ad agendum et ideo potest dici hoc lumen requiri ut dispositio ad unionem cum essentia in ratione objecti, quia activitas illius objecti non est aliquo modo debita nec connaturalis nisi intellectui elevato et informato lumine: et hic sensus est verus et formalis et quidquid addatur nec est necessarium nec intelligi potest.

Quinta explicatio.

22. Quoad negativam partem rejicitur. — Quintus modus dicendi est deservire hoc lumen in genere causae materialis seu dispositionis ad recipiendam visionem beatam. Sic sentit Major in 3, d. 14, q. 2, dub. 2 et in 4, d. 49, q. 4, et Marsilius 3, q. 10, art. 2. Duobus vero modis potest haec causalitas materialis tribui lumini. Primo, excludendo effectivam, et ita videntur opinari dicti auctores. Verumtamen cum Major fateatur visionem esse effective ab intellectu, non video rationem qua fundare possit negationem efficientis luminis ibi inclusam. Unde necesse est ut soli intellectui tribuat sufficientem virtutem activam visionis; quod in secunda sententia satis impugnatum est. Alii vero fundantur quia putant visionem a solo Deo fieri, et ita sentit etiam Gabriel 3, d. 44. Richardus vero ibi, art. 3, qu. 4, sub disjunctione quadam idem sentit et fere eodem modo loquitur Paludanus 4, distinct. 49, qu. 1, in fine. Et Durandus 4, d. 14, qu. 2, num. 9. Sed fundamentum illud jam satis rejectum est et ita pars illa negativa non habet probabilitatem.

Pars autem affirmans probatur a dictis auctoribus, quia visio est forma

no es distinto del anterior. Porque aquella unión en acto primero, como dije, no es otra que la conjunción en orden al obrar y por eso puede decirse que este lumen se requiere como disposición a la unión con la esencia en razón de objeto, porque la actividad de aquel objeto no es de algún modo debida ni connatural sino al intelecto elevado e informado por el lumen: y este sentido es verdadero y formal, y cualquier cosa que se añada ni es necesario ni puede entenderse.

Quinta explicación.

22. En cuanto a la parte negativa se rechaza. — El quinto modo de decir es que este lumen sirve en género de causa material o de disposición para recibir la visión beatífica. Así lo siente Mayor en 3, d. 14, q. 2, dub. 2 y en 4, d. 49, q. 4, y Marsilio en 3, q. 10, art. 2. De dos modos, sin embargo, puede atribuirse esta causalidad material al lumen. Primero, excluyendo la efectiva, y así parecen opinar los citados autores. Sin embargo, como Mayor confiesa que la visión es efectivamente del intelecto, no veo razón con la que pueda fundar la negación de la eficiencia del lumen incluida allí. De donde es necesario que atribuya al solo intelecto suficiente virtud activa de la visión; lo cual quedó suficientemente impugnado en la segunda sentencia. Otros, en cambio, se fundan en que piensan que la visión es hecha por el solo Dios, y así lo siente también Gabriel en 3, d. 44. Ricardo, en cambio, allí en art. 3, qu. 4, bajo cierta disyunción siente lo mismo y casi del mismo modo habla Paludano en 4, distinct. 49, qu. 1, al final. Y Durando en 4, d. 14, qu. 2, n. 9. Pero aquel fundamento ya quedó suficientemente rechazado y así aquella parte negativa no tiene probabilidad.

La parte afirmativa, en cambio, se prueba por los citados autores, porque la visión es forma sobrenatural; luego para ella se requiere disposición del mismo orden. Pero si hablan en esta razón de la forma sobrenatural precisamente y como tal, no concluyen rectamente; pues también el mismo lumen es forma sobrenatural, luego

supernaturalis; ergo ad eam requiritur dispositio ejusdem ordinis. Sed si loquantur in hac ratione de forma supernaturali praecise et ut sic, non recte colligunt; nam etiam ipsum lumen est forma supernaturalis, ergo ad illud esset necessaria alia dispositio et sic procederetur in infinitum. Si vero loquantur de illa forma quae est actus secundus et ultimus, fortasse est probabile, de quo statim dicam; tamen sine causa requirunt ad talem formam supernaturalem dispositionem et non principium efficiens visionem, sicut est intellectus ipse.

para él sería necesaria otra disposición y así se procedería al infinito. Si en cambio hablan de aquella forma que es acto segundo y último, tal vez es probable, de lo cual hablaré inmediatamente; sin embargo sin causa requieren para tal forma sobrenatural disposición y no principio eficiente de la visión, como es el mismo intelecto.

23. Secundo ergo modo potest haec sententia affirmari, tribuendo lumini gloriae utramque causalitatem et effectivam et materialem, potestque ita probabiliter suaderi. Nam intellectus sub utraque ratione comparatur ad visionem et sub utraque est deficiens et inferioris ordinis, ergo ut perfecte et complete elevetur ad illam visionem per lumen, debet sub utraque ratione elevari. Unde Concilium Viennense supra dixit per lumen elevari intellectum ad videndum. Videre autem non dicit tantum agere, sed etiam recipere, ergo ad utrumque elevatur per lumen. Confirmatur, quia lumen habet naturalem vim activam visionis, ergo illi respondet potentia receptiva connaturalis, sed haec non est in intellectu, ergo est in ipso lumine, quod est activum circa seipsum, sicut sunt potentiae animae, ergo habet rationem potentiae receptivae.

23. Del segundo modo, pues, puede afirmarse esta sentencia, atribuyendo al lumen gloriae ambas causalidades, la efectiva y la material, y puede persuadirse así probablemente. Pues el intelecto bajo ambas razones se compara a la visión y bajo ambas es deficiente e inferior de orden, luego para que sea perfectamente y completamente elevado a aquella visión por el lumen, debe elevarse bajo ambas razones. De donde el Concilio Vienense dijo antes que por el lumen se eleva el intelecto para ver. Ver, sin embargo, no dice solo obrar, sino también recibir, luego a ambos es elevado por el lumen. Se confirma porque el lumen tiene fuerza activa natural de la visión, luego le corresponde potencia receptiva connatural, pero esta no está en el intelecto, luego está en el mismo lumen, que es activo respecto de sí mismo, como son las potencias del alma, luego tiene razón de potencia receptiva.

24. Nihilominus alii negant lumen concurrere in genere causae materialis seu receptivae potentiae. Sic Capreolus in distinct. 49, quaest. 4, art. 3, ad argumenta Scoti contra secundam conclusionem. Et idem Scotus ibidem quaest. 45 et late in 3, distinct. 14, quaest. 2, ubi congerit argumenta quae non habent difficilem solutionem. Primum est quia habitus non est dispositio ad recipiendum actum, cum fiat per actus; hoc autem lumen est quidam

24. No obstante, otros niegan que el lumen concurra en género de causa material o receptiva de la potencia. Así Capréolo en distinct. 49, quaest. 4, art. 3, a los argumentos de Escoto contra la segunda conclusión. Y el mismo Escoto allí en quaest. 45 y ampliamente en 3, distinct. 14, quaest. 2, donde acumula argumentos que no tienen difícil solución. El primero es porque el hábito no es disposición para recibir el acto, ya que se hace por los actos; pero este lumen es un cierto hábito. Pero sea lo que fuere de los hábitos adquiridos, esta razón no urge en los infusos, tanto porque no se hacen por actos, como también porque de algún modo son a modo de potencias, en cuanto por sí se requieren para la sustancia de los actos. En segundo lugar argumenta porque el intelecto por sí es

habitus. Sed quidquid sit de habitibus acquisitis, haec ratio non urget in infusis, tum quia non fiunt ab actibus, tum etiam quia aliquo modo sunt per modum potentiarum, quatenus per se requiruntur ad substantiam actuum. Secundo argumentatur quia intellectus per se est receptivus luminis perfecte ac proxime, ergo et visionis, quia magis ordinatur intellectus ad visionem quam ad lumen, ergo sicut non indiget potentia receptiva ad lumen, etiam nec ad visionem. Sed neque haec ratio cogit, quia lumen est actus primus ab extrinseco veniens; visio autem est actus secundus manans a principio intrinseco activo et receptivo illius. Unde recte Capreolus supra respondet aliud esse principalius ordinari ad visionem, aliud immediatius, et ideo fieri posse ut intellectus principalius ordinetur ad visionem quam ad lumen et nihilominus illam recipiat mediante lumine. Tertia ratio Scoti est quia alias sequeretur intellectum non per se recipere visionem, sed tantum quasi per accidens, sicut substantia perficitur colore mediante quantitate.

receptivo del lumen perfecta y próximamente, luego también de la visión, porque el intelecto se ordena más a la visión que al lumen, luego como no necesita potencia receptiva para el lumen, tampoco para la visión. Pero ni esta razón obliga, porque el lumen es acto primero que viene de fuera; la visión, en cambio, es acto segundo que mana de principio intrínseco activo y receptivo de aquel. De donde rectamente responde Capréolo arriba que una cosa es ordenarse más principalmente a la visión, otra más inmediatamente, y por eso puede hacerse que el intelecto se ordene más principalmente a la visión que al lumen y sin embargo la reciba mediante el lumen. La tercera razón de Escoto es porque de otro modo se seguiría que el intelecto no recibe por sí la visión, sino solo cuasi por accidente, como la sustancia se perfecciona con el color mediante la cantidad.

25. Triplici modo lumen concurrit ad visionem. — Circa hanc vero rationem et totam hanc sententiam advertendum est tribus modis intelligi posse lumen concurrere materialiter ad visionem. Primo, solum per modum dispositionis, non tamen per modum potentiae receptivae, sicut calor est dispositio ad formam ignis, vel sicut actus caritatis ad habitum. Et hic modus probabilis est et argumenta Scoti non procedunt contra illum. Tamen nulla occurrit ratio qua efficaciter probari possit; nam argumenta facta pro priori sententia vel probant de potentia receptiva, vel nihil probant. Neque in formis accidentalibus solent requiri hujusmodi dispositiones proprie et physice, nisi simul sint vel potentiae receptivae, vel concurrant aliquo modo ad actionem, vel per se ut principium efficiens, vel saltem

25. De triple modo concurre el lumen a la visión. — Acerca de esta razón y de toda esta sentencia debe advertirse que de tres modos puede entenderse que el lumen concurre materialmente a la visión. Primero, solo a modo de disposición, no sin embargo a modo de potencia receptiva, como el calor es disposición a la forma del fuego, o como el acto de caridad al hábito. Y este modo es probable y los argumentos de Escoto no proceden contra él. Sin embargo no ocurre razón alguna con la que pueda probarse eficazmente; pues los argumentos hechos en favor de la sentencia anterior o prueban de la potencia receptiva, o nada prueban. Ni en las formas accidentales suelen requerirse disposiciones de este tipo propiamente y físicamente, a no ser que al mismo tiempo sean o potencias receptivas, o concurran de algún modo a la acción, o por sí como principio eficiente, o al menos disminuyendo la resistencia del paciente, o de otro modo semejante.

26. Del segundo modo puede entenderse que el lumen sea verdadera potencia receptiva de la visión, de modo que él mismo sea toda la potencia a la que se una inmediatamente la visión. Y en este sentido estimo falsa

minuendo resistentiam passi, vel alio simili modo.

26. Secundo modo potest intelligi quod lumen sit vera potentia receptiva visionis, ita ut ipsum sit tota potentia cui uniatur immediate visio. Et in hoc sensu existimo falsam illam sententiam, contra quam recte procedit tertia ratio Scoti. Et praeterea quia sicut de ratione actus vitalis et immanentis est ut immediate ac per se procedat a potentia vitali, ita etiam quod illam immediate informet. Item quia intellectus per se ipsum est susceptivus cujuscumque intellectionis, unde statim dicemus posse recipere visionem sine lumine.

27. Tertio modo posset intelligi visionem illam, sicut immediate manat ab intellectu et lumine tanquam ab una integra potentia visiva, ita immediate recipi in toto illo composito, ita ut unio visionis immediate terminetur tam ad intellectum quam ad lumen. Et contra hunc sensum non procedit ratio Scoti, quia juxta illum visio immediate afficit utrumque sicut ab utroque immediate manat. Et hic modus videri potest probabilis propter rationes in priori explicatione factas, sed mihi ad minimum videtur satis incertus, quia ratio illa quae majorem videtur prae se ferre congruentiam, scilicet ut virtus activa habeat potentiam receptivam proportionatam, non videtur convincere. Quia efficientia luminis et intellectus non est ita dividenda ut intelligatur lumen agere in se ipsum solum et similiter in se, quia si visio immediate recipitur in intellectu et illum afficit, necesse est ut etiam lumen efficiat illam receptionem et unionem visionis cum intellectu, seu eductionem ejus de potentia obedientiiali intellectus, quia efficientia visionis unica est et indivisibilis, quae tota est ab intellectu et tota a lumine, quamvis non totaliter; ergo etiam totus effectus et tota unio est a lumine, ergo non potest vitari quin lumen agat in

aquella sentencia, contra la cual procede rectamente la tercera razón de Escoto. Y además porque así como es de razón del acto vital e inmanente que proceda inmediata y por sí de potencia vital, así también que informe inmediatamente a aquella. Asimismo porque el intelecto por sí mismo es susceptible de cualquier intelección, de donde inmediatamente diremos que puede recibir la visión sin lumen.

27. Del tercer modo podría entenderse que aquella visión, así como inmediatamente mana del intelecto y del lumen como de una íntegra potencia visiva, así también se recibe inmediatamente en todo aquel compuesto, de modo que la unión de la visión termine inmediatamente tanto al intelecto como al lumen. Y contra este sentido no procede la razón de Escoto, porque según él la visión afecta inmediatamente a ambos así como mana inmediatamente de ambos. Y este modo puede parecer probable por las razones hechas en la explicación anterior, pero a mí al menos me parece bastante incierto, porque aquella razón que parece llevar mayor congruencia, a saber, que la virtud activa tenga potencia receptiva proporcionada, no parece convincente. Porque la eficiencia del lumen y del intelecto no debe dividirse de tal modo que se entienda que el lumen obra solo en sí mismo y de modo semejante en sí, porque si la visión se recibe inmediatamente en el intelecto y lo afecta, es necesario que también el lumen efectúe aquella recepción y unión de la visión con el intelecto, o la educción de ella de la potencia obediencial del intelecto, porque la eficiencia de la visión es única e indivisible, que toda es del intelecto y toda del lumen, aunque no totalmente; luego también todo el efecto y toda la unión es del lumen, luego no puede evitarse que el lumen obre en el intelecto según su potencia obediencial. Antes bien, al contrario, si el lumen es receptivo de la visión, será necesario que el intelecto obre en sí mismo por razón hecha aplicada proporcionalmente: esto, aunque no pueda probarse imposible, sin embargo es difícil y no parece necesario. Y por otra parte también es difícil que la misma

intellectum secundum potentiam obedientialem ejus. Quin potius e converso, si lumen est receptivum visionis, necesse erit ut intellectus agat in se ipsum propter rationem factam proportionaliter applicatam: hoc autem quamvis non possit probari impossibile, tamen est difficile et non apparet necessarium. Et aliunde etiam difficile est quod eadem forma quae primo educitur ex duabus potentiis receptivis eisque uniatur. Et ideo dicendum videtur illud lumen non habere rationem potentiae receptivae, sed tantum principii activi visionis, quia revera intellectus per se sufficienter est capax actus supernaturalis, quamvis non sit per se ita sufficiens ad efficiendum illum.

forma que primero se educe de dos potencias receptivas se una a ellas. Y por eso parece que debe decirse que aquel lumen no tiene razón de potencia receptiva, sino solo de principio activo de la visión, porque en verdad el intelecto por sí es suficientemente capaz de acto sobrenatural, aunque no sea por sí tan suficiente para producirlo.

28. Divina visio non sit sine mutatione reali. — Ultimo vero est advertendum circa doctrinam hujus et praecedentis capitis: in ea supponi divinam visionem non comparari ab intellectu creato sine reali interna et supernaturali mutatione ejus, quia nisi talis mutatio in ipso fieret, non esset necessarium lumen gloriae, neque ut dispositio neque ut principium. Illud autem principium et ex dictis in capite nono et sequentibus satis constat, et per se evidens est. Cum enim ante illam visionem Deus ita comparetur ad intellectum creatum ut ab ipso non videatur, et postea incipiat videri, et hoc non possit contingere per mutationem Dei, necesse est ut fiat per mutationem creaturae et intellectus ejus. Quae mutatio, cum sit vitalis, debet esse ab intrinseco, et cum sit supernaturalis debet esse a principio supernaturali, non solum uniente objectum, sed elevante potentiam, et haec est necessitas propria luminis gloriae.

28. La visión divina no es sin mutación real. — Por último debe advertirse acerca de la doctrina de este y del capítulo precedente: en ella se supone que la visión divina no se compara por el intelecto creado sin real, interna y sobrenatural mutación de él, porque si no se hiciera tal mutación en él, no sería necesario el lumen gloriae, ni como disposición ni como principio. Aquel principio consta suficientemente tanto de lo dicho en el capítulo noveno como de los siguientes, y es evidente por sí. Pues como antes de aquella visión Dios se compara al intelecto creado de tal modo que no es visto por él, y después comienza a ser visto, y esto no puede suceder por mutación de Dios, es necesario que se haga por mutación de la criatura y de su intelecto. La cual mutación, como es vital, debe ser de lo intrínseco, y como es sobrenatural debe ser de principio sobrenatural, no solo uniente el objeto, sino elevando la potencia, y esta es la necesidad propia del lumen gloriae.

29. Solet tamen referri in contrarium Durandus et ita intelligi opinio ejus 4, d. 49, q. 2, n. 2, ubi sentire videtur illam visionem fieri sine ulla mutatione per se creati intellectus, per solam ablationem impedimentorum, quia sufficit quod divina essentia

29. Suele sin embargo referirse en contra Durando y así entenderse su opinión en 4, d. 49, q. 2, n. 2, donde parece sentir que aquella visión se hace sin ninguna mutación por sí del intelecto creado, por la sola ablación de impedimentos, porque basta que la esencia divina se presente al intelecto creado, quitados los impedimentos, esto es, los fantasmas y todos los medios creados por los que se hace el conocimiento. Porque dondequiera que la naturaleza y virtud de la potencia se extiende al objeto, presentado el objeto por sí e inmediatamente, y excluidos los impedimentos, necesariamente sigue la visión. Nuestro intelecto, en cambio, por su naturaleza mira a Dios como a su objeto y aunque naturalmente no pueda alcanzarlo

praesentetur intellectui creato, ablatis impedimentis, idest, phantasmatibus et omnibus mediis creatis per quae fiat cognitio. Quia ubicumque natura et virtus potentiae extenditur ad objectum, praesentato objecto per se et immediate, et seclusis impedimentis, necessario sequitur visio. Noster autem intellectus natura sua respicit Deum ut objectum suum et licet naturaliter non possit illum attingere nisi per medium creatum, Deus potest immutare hunc ordinem et auferre hoc impedimentum et se immediate intellectui praesentare.

30. Sed in hoc discursu numquam Durandus dicit hanc praesentationem Dei in ratione objecti visi fieri sine mutatione reali intellectus: valde autem obscure et defectuose procedit, non explicando quid sit Deum praesentari intellectui. Nam si loquatur de praesentatione in actu primo, haec vel nova non est vel intelligi non potest sine specie vel lumine vel alia simili qualitate, quam ipse omnino negat. Probatur assumptum quia, seclusa hac mutatione ex parte intellectus, nihil est cur Deus praesentetur intellectui nunc magis quam antea: nam semper fuit intime in intellectu per realem praesentiam suae essentiae, et ex hac sola non necessario sequitur visio clara, etiamsi ab intellectu auferatur omnis cognitio Dei per medium. Nam ex hac negatione, quam ille vocat ablationem impedimenti, non sequitur positiva visio per solam praesentiam per essentiam. Et si contrarium sensit, valde erravit, ut satis ex dictis constat. Si autem loquatur de praesentia in actu secundo, haec non fit sine infusione visionis supernaturalis. Unde ad summum sentire potuit hanc infundere Deum sine cooperatione intellectus et ideo non esse necessarium lumen nec speciem. Nunquam ergo dicit intellectum posse videre sine nova mutatione in eo facta, nec posse naturaliter efficere visionem, sed natura sua esse aptum ad recipiendam illam et ex hac parte

sino por medio creado, Dios puede cambiar este orden y quitar este impedimento y presentarse inmediatamente al intelecto.

30. Pero en este discurso Durando nunca dice que esta presentación de Dios en razón de objeto visto se haga sin mutación real del intelecto: procede, sin embargo, muy oscura y defectuosamente, no explicando qué sea Dios presentarse al intelecto. Pues si habla de la presentación en acto primero, esta o no es nueva o no puede entenderse sin especie o lumen u otra cualidad semejante, que él niega totalmente. Se prueba lo asumido porque, excluida esta mutación de parte del intelecto, nada hay por qué Dios se presente al intelecto ahora más que antes: pues siempre estuvo íntimamente en el intelecto por presencia real de su esencia, y de esta sola no necesariamente se sigue la visión clara, aunque se quite del intelecto todo conocimiento de Dios por medio. Pues de esta negación, que él llama ablación del impedimento, no se sigue la visión positiva por la sola presencia por esencia. Y si sintió lo contrario, erró gravemente, como consta suficientemente por lo dicho. Si en cambio habla de la presencia en acto segundo, esta no se hace sin infusión de la visión sobrenatural. De donde a lo sumo pudo sentir que Dios infunde esta sin cooperación del intelecto y que por eso no es necesario el lumen ni la especie. Nunca, pues, dice que el intelecto pueda ver sin una nueva mutación hecha en él, ni que pueda producir naturalmente la visión, sino que por su naturaleza es apto para recibirla y que por esta parte no requiere previa mutación positiva, sino sola ablación de impedimentos; y que Dios por sí puede hacerse presente, porque esto no implica (dice) y Dios puede cambiar el modo natural de obrar. Siente, pues, que se hace por acción del solo Dios y así su opinión no difiere de la sentencia de otros que dicen que la visión no es hecha por el intelecto. Lo cual, sin embargo, él no prueba, ni es ciertamente probable. Los argumentos, en cambio, que Durando aduce para probar que no se da el lumen gloriae a modo de principio y acto

non requirere praeviam mutationem positivam, sed solam ablationem impedimentorum; Deum autem per se posse facere se praesentem, quia hoc non implicat (ait) et Deus potest naturalem modum agendi mutare. Sentit ergo fieri per actionem solius Dei et ita non differt ejus opinio ab aliorum sententia, qui dicunt visionem non fieri ab intellectu. Quod tamen ipse non probat, nec probabile profecto est. Argumenta autem quae Durandus adducit ut probet non dari lumen gloriae per modum principii et actus primi nullius momenti sunt, eisque in discursu hujus capitis obiter ac sufficienter satis factum est.

primero son de ningún momento, y a ellos se ha respondido suficientemente de paso en el discurso de este capítulo.

CAPUT XVI.

AN DE ABSOLUTA POTENTIA POSSIT VIDERI DEUS SINE LUMINE GLORIAE.

CAPÍTULO XVI

SI DE POTENCIA ABSOLUTA PUEDE SER VISTO DIOS SIN EL LUMEN DE LA GLORIA

1. Prima opinio. — Haec quaestio breviter hoc loco tractanda, ne ad defendendam saniorem doctrinam praecedenti capite declaratam putetur necessaria opinio eorum qui dixerunt esse adeo necessarium lumen gloriae ut etiam de potentia absoluta non possit intellectus elevari ad videndum Deum sine tali lumine. Quod docuit Cajetanus 1 p., q. 12, art. 5; Ferrarius 3 Contra Gentes, c. 54; Soto dicta q. 2, art. 4. Fundamentum eorum fuisse videtur quia non potest aliquis videre Deum nisi ipse efficiat visionem beatam; non potest autem efficere ipse nisi recipiat principium agendi, quod est lumen gloriae: vel quamvis demus sine illo posse aliquo modo efficere, ad summum illud esset instrumentaliter; ille autem modus agendi non satis est ad actum vitalem, de cujus ratione est ut procedat a principio formali intrinseco et proportionato.

1. Primera opinión. — Esta cuestión debe tratarse brevemente aquí, para que no se piense que para defender la doctrina más sana declarada en el capítulo precedente es necesaria la opinión de aquellos que dijeron que el lumen gloriae es tan necesario que incluso de potencia absoluta no puede elevarse el intelecto a ver a Dios sin tal lumen. Lo cual enseñó Cayetano en 1 p., q. 12, art. 5; Ferrariense en 3 Contra Gentes, c. 54; Soto en la citada q. 2, art. 4. El fundamento de ellos parece haber sido que nadie puede ver a Dios sino produciendo él mismo la visión beatífica; pero no puede producirla él mismo sino recibiendo el principio de obrar, que es el lumen gloriae; o aunque concedamos que sin él puede producirla de algún modo, a lo sumo sería instrumentalmente; pero aquel modo de obrar no basta para el acto vital, del cual es de razón que proceda de principio formal intrínseco y proporcionado.

2. Rejicitur fundamentum. — Sed hoc fundamentum ex hactenus tractatis constat esse inefficax, quia ostensum est etiam nunc de facto lumen gloriae non esse totale principium efficiendi visionem

2. Se rechaza el fundamento. — Pero este fundamento consta por lo tratado hasta ahora que es ineficaz, porque se ha mostrado que incluso ahora de hecho el lumen gloriae no es principio total de producir la visión beatífica. Asimismo consta que aquella visión no tiene el ser acto vital por el concurso del lumen, sino por el influjo de la misma alma y del intelecto. Finalmente también se ha mostrado que este influjo, en cuanto es del intelecto, incluso ahora de hecho está sobre sus fuerzas naturales, y por tanto es de él como de instrumento vital elevado por

beatam. Item constat visionem illam non habere quod sit actus vitalis ex concursu luminis, sed ex influxu ipsius animae et intellectus. Denique etiam est ostensum hunc influxum, prout est ab intellectu, etiam nunc de facto esse supra vires naturales ejus, atque adeo esse ab illo ut a vitali instrumento elevato divina virtute ac modo illo accommodato, idque satis esse ad rationem actus vitalis.

virtud divina y de modo acomodado, y que esto basta para la razón de acto vital.

3. Secunda opinio. — Secunda ergo sententia distinguit de lumine gloriae vel per modum habitus permanentis vel per modum dispositionis transeuntis, dicitque ad efficiendam visionem omnino necessariam esse aliquam qualitatem quae sit per modum actus primi distincti a visione, et secundum potentiam ordinariam illam qualitatem debere esse lumen gloriae permanens per modum habitus; de potentia vero absoluta sufficere vel permanentem vel transeuntem qualitatem, alterutram vero istarum necessariam esse. Haec videtur esse opinio Capreoli 4, d. 49, q. 4, ad 3 et 4, contra secundam conclusionem, et citat D. Thomam 1-2, q. 175, art. 2, q. 2 De Veritate, art. 2 et q. 13, art. 9.

3. Segunda opinión. — La segunda sentencia, pues, distingue del lumen gloriae o por modo de hábito permanente o por modo de disposición transeúnte, y dice que para producir la visión es absolutamente necesario alguna cualidad que sea por modo de acto primero distinto de la visión, y que según la potencia ordinaria aquella cualidad debe ser el lumen gloriae permanente por modo de hábito; pero que de potencia absoluta basta o la permanente o la transeúnte, siendo necesaria cualquiera de las dos. Esta parece ser la opinión de Capréolo en 4, d. 49, q. 4, ad 3 y 4, contra la segunda conclusión, y cita a Santo Tomás en 1-2, q. 175, art. 2; q. 2 De Veritate, art. 2 y q. 13, art. 9.

4. Impugnatur. — Sed haec sententia vel coincidit cum praecedenti vel est improbabilior illa. Nam illa distinctio qualitatis permanentis vel transeuntis, sicut datur de lumine, ita potest dari de visione, nam etiam haec potest esse permanens, ut est in beatis, et transiens, ut multi censent fuisse in D. Paulo. Si ergo sit sermo de visione permanente, qualis est beatifica, non potest ad illam requiri lumen quin illud debeat esse permanens, quia idem lumen requiritur ad conservandam et efficiendam visionem. Si autem sit sermo de visione transeunte, ad illam sufficit lumen etiam transiens, nec potest requiri lumen permanens etiam de potentia ordinaria. Rursus sicut visio durans multum vel parum non differt specie, ita etiam illa duo lumina non possunt specie distingui, si

4. Se impugna. — Pero esta sentencia o coincide con la precedente o es menos probable que aquella. Pues aquella distinción de cualidad permanente o transeúnte, así como se da del lumen, así puede darse de la visión, pues también esta puede ser permanente, como es en los bienaventurados, y transeúnte, como muchos juzgan que fue en San Pablo. Si, pues, se trata de la visión permanente, cual es la beatífica, no puede requerirse para ella lumen que no deba ser permanente, porque el mismo lumen se requiere para conservar y producir la visión. Si en cambio se trata de la visión transeúnte, para ella basta también el lumen transeúnte, ni puede requerirse lumen permanente incluso de potencia ordinaria. Además, así como la visión que dura mucho o poco no difiere en especie, así tampoco aquellos dos lumina pueden distinguirse en especie, si hablamos consecuentemente. Porque en esto precisamente se distinguen, en que uno se da permanentemente y el otro transeúntemente, pues en todo lo demás convienen, a saber, en el objeto, en el acto y en el modo de alcanzar a Dios. Así pues, aquella diferencia no es más intrínseca y esencial en el lumen que en la visión, y la razón de ambos es porque no nace de la

consequenter loquamur. Quia in hoc praecise distinguuntur, quod alterum permanenter, alterum transeunter datur, nam in aliis omnibus conveniunt, nimirum in objecto et in actu et in modo attingendi Deum. Ita vero differentia non magis est intrinseca et essentialis in lumine quam in visione et ratio utriusque est, quia non oritur ex intrinseca natura talis luminis, nam illud quod ad breve tempus datur solum per voluntatem extrinseci agentis hoc habet; nam sicut durat per diem, posset durare per totam aeternitatem, quia de se incorruptibile est, non enim habet contrarium nec causam aliquam per cujus actionem expelli possit, nec etiam habet causam in se mutabilem, sed tantum libere agentem, quam etiam habet lumen permanens: est ergo illa differentia accidentalis in lumine, sicut in visione ipsa. Ergo necesse est ut haec opinio coincidat cum priori, nam juxta illam ad visionem requiritur de potentia absoluta lumen tantum durans quantum durat visio et non amplius, unde non potest habere aliud fundamentum.

naturaleza intrínseca de tal lumen, pues aquello que se da por breve tiempo solo lo tiene por la voluntad del agente extrínseco; pues así como dura por un día, podría durar por toda la eternidad, porque de suyo es incorruptible, pues no tiene contrario ni causa alguna por cuya acción pueda ser expulsado, ni tampoco tiene causa en sí mutable, sino solo agente libre, la cual también tiene el lumen permanente: es, pues, aquella diferencia accidental en el lumen, como en la misma visión. Luego es necesario que esta opinión coincida con la primera, pues según ella para la visión se requiere de potencia absoluta un lumen que dure tanto cuanto dura la visión y no más, de donde no puede tener otro fundamento.

5. Vera opinio. — Quapropter mihi probabilius est lumen gloriae non esse necessarium de potentia absoluta ad videndum Deum. Hanc sententiam tenet Paludanus 4, d. 49, qu. 1, art. 3; Argentina, quaest. 2; Major, quaest. 4 et moderni Thomistae, nec D. Thomas aliud unquam significavit, sed locutus est de potentia ordinaria seu secundum connaturalem modum agendi. Probaturque primo ex dictis, quia contraria sententia non habet fundamentum quo vel probabiliter ostendat implicationem contradictionis. Secundo, quia ostendi lumen solum requiri ut suppleat efficientiam quae deest intellectui, sed hanc efficientiam potest Deus per se ipsum supplere, quia non est illa quae praecise requiritur ad actum vitae et effectionem quasi formalem ejus, nam haec est illa quae est per intrinsecum conatum et attentionem intellectus,

5. Verdadera opinión. — Por lo cual me parece más probable que el lumen gloriae no sea necesario de potencia absoluta para ver a Dios. Esta sentencia sostienen Paludano en 4, d. 49, qu. 1, art. 3; Argentina, quaest. 2; Mayor, quaest. 4 y los tomistas modernos, ni Santo Tomás significó nunca otra cosa, sino que habló de la potencia ordinaria o según el modo connatural de obrar. Y se prueba primero por lo dicho, porque la sentencia contraria no tiene fundamento con que muestre siquiera probablemente implicación de contradicción. Segundo, porque mostré que el lumen solo se requiere para suplir la eficiencia que falta al intelecto, pero esta eficiencia puede suplirla Dios por sí mismo, porque no es aquella que precisamente se requiere para el acto de vida y la efeción cuasi formal de él, pues esta es la que es por el conato intrínseco y atención del intelecto, por el cual siempre permanecerá, ya supla Dios por sí mismo, ya por el lumen, la eficiencia que falta al intelecto. De esta razón se colige que es necesario o el lumen o algún auxilio mayor de Dios que supla la eficiencia del lumen. Lo cual también enseñan Escoto en el lugar citado, e incluso Durando a quien sin causa suele atribuirse lo contrario.

6. Tercero, esto puede probarse porque de hecho el acto de fe y caridad a veces se hace por auxilio especial sin

quo semper manebit sive Deus per se ipsum sive per lumen suppleat efficientiam quae deest intellectui. Ex qua ratione colligitur necessarium esse vel lumen vel majus quoddam auxilium Dei quod suppleat efficientiam luminis. Quod etiam docent Scotus loco citato, imo Durandus cui solet contrarium sine causa tribui.

6. Tertio, id probari potest quia de facto actus fidei et caritatis interdum fit ex speciali auxilio sine efficientia habitus, quod auxilium non est qualitas distincta ab ipsomet actu, sed est ipsamet actio specialiori modo a Deo procedens. Assumptum patet in actibus quibus disponimur ad habitus recipiendos, juxta sententiam quam nos sequimur et probabiliorem reputamus. Unde Soto supra non potuit aliter solvere hoc argumentum nisi negando actum fidei et caritatis esse supernaturalem quoad substantiam, quod de visione affirmat; sed illud etiam est plane falsum, nec fere est major ratio de caritate quam de visione.

7. Objectio. — Responsio. — Dices: si in via interdum fiunt hi actus sine concursu habituum, cur etiam quando primo infunditur lumen non ita fiet visio in Patria? Respondetur quia in via proceditur ab imperfecto ad perfectum et ideo homo qui caret habitibus est capax dispositionis, ideoque praeparari debet et disponi ut obtineat habitus: non potest autem disponi per actum procedentem ab ipso habitu, quia talis dispositio omnino supponitur et ratione illius infunditur habitus. At vero in Patria homo supponitur dispositus per gratiam et merita et a principio efficit illam visionem connaturali et perfecto modo, neque ad lumen recipiendum disponitur per visionem ipsam. Ex quo potest obiter sumi argumentum contra eos qui dicunt primum actum, qui est dispositio ad habitum, procedere ab illo effective; sic enim dicere possent vel etiam deberent

eficiencia del hábito, auxilio que no es cualidad distinta del mismo acto, sino que es la misma acción procedente de Dios de modo más especial. Lo asumido es claro en los actos con que nos disponemos a recibir los hábitos, según la sentencia que seguimos y reputamos más probable. De donde Soto arriba no pudo resolver de otro modo este argumento sino negando que el acto de fe y caridad sea sobrenatural en cuanto a la sustancia, lo cual afirma de la visión; pero aquello también es claramente falso, ni apenas hay mayor razón de la caridad que de la visión.

7. Objeción. — Respuesta. — Dirás: si en la vía a veces se hacen estos actos sin concurso de hábitos, ¿por qué también cuando primero se infunde el lumen no se hará así la visión en la Patria? Se responde porque en la vía se procede de lo imperfecto a lo perfecto y por eso el hombre que carece de hábitos es capaz de disposición, y por eso debe prepararse y disponerse para obtener los hábitos: pero no puede disponerse por un acto procedente del mismo hábito, porque tal disposición se supone totalmente y por razón de ella se infunde el hábito. Mas en la Patria el hombre se supone dispuesto por la gracia y los méritos y desde el principio produce aquella visión de modo connatural y perfecto, ni se dispone a recibir el lumen por la misma visión. De lo cual puede tomarse de paso argumento contra los que dicen que el primer acto, que es disposición al hábito, procede efectivamente de él; pues así podrían decir o incluso deberían decir que la visión es disposición al
lumen, aunque proceda de él.

CAPÍTULO XVII

SI LA VISIÓN DE DIOS ES CONNATURAL AL INTELECTO INFORMADO POR EL LUMEN DE LA GLORIA

1. De dos modos se dice acción natural. — Puesto que la razón principal de poner el lumen gloriae parece tomada

visionem esse dispositionem ad lumen, licet ab illo procedat.

CAPUT XVII.

AN VISIO DEI SIT CONNATURALIS INTELLECTUI LUMINE GLORIAE INFORMATO.

1. Duplici modo dicitur actio naturalis. — Quoniam ratio ponendi lumen gloriae praecipue sumpta videtur ex connaturalitate actionis et modi operandi, ideo principium hoc amplius declarare necesse est, simulque aliam proprietatem illius visionis exponemus. Duobus enim modis dici potest actio naturalis. Uno modo, quatenus naturalis actio distinguitur a supernaturali; altero modo, quatenus distinguitur a libera et idem est quod necessaria actio. Et de utroque sensu dicendum est breviter.

2. Cajetani opinio. — Circa priorem partem Thomistae dissentiunt inter se. Cajetanus 1 p., quaest. 12, art. 5 dicit intellectui illuminato non esse supernaturale, sed naturale videre Deum, atque idem fere docet Ferrarius 3 Contra Gentes, cap. 54. Addit vero limitationem nimirum esse naturale intellectui non simpliciter, sed quatenus informato lumine, sicut aqua simpliciter non est naturale calefacere, tamen aquae calidae, ut informatae calore, naturale est calefacere. Et ratio est quia intellectus ut illuminatus jam habet principium connaturale illius actionis: nam lumen est principium connaturale visionis beatificae. Confirmatur, nam praecipua ratio ponendi lumen est ut actus sit connaturalis operanti.

3. Vera assertio. — Nihilominus Soto in 4, d. 49, q. 2, art. 4 negat visionem esse dicendam naturalem etiam respectu beati habentis lumen gloriae, quia illa visio in se et absolute est supernaturalis. Scotus etiam et Durandus citati cap. 15 inconveniens reputant quod illa visio sit naturalis

de la connaturalidad de la acción y del modo de obrar, es necesario declarar más ampliamente este principio, y al mismo tiempo expondremos otra propiedad de aquella visión. Pues de dos modos puede decirse acción natural. Uno, en cuanto la acción natural se distingue de la sobrenatural; otro, en cuanto se distingue de la libre y es lo mismo que acción necesaria. Y de ambos sentidos debe decirse brevemente.

2. Opinión de Cayetano. — Acerca de la primera parte los tomistas disienten entre sí. Cayetano en 1 p., quaest. 12, art. 5 dice que para el intelecto iluminado no es sobrenatural, sino natural ver a Dios, y casi lo mismo enseña Ferrariense en 3 Contra Gentes, c. 54. Añade, sin embargo, una limitación: que es natural al intelecto no simplemente, sino en cuanto informado por el lumen, como el agua simplemente no es natural calentar, pero al agua caliente, en cuanto informada por el calor, es natural calentar. Y la razón es porque el intelecto en cuanto iluminado ya tiene principio connatural de aquella acción: pues el lumen es principio connatural de la visión beatífica. Se confirma, pues la razón principal de poner el lumen es que el acto sea connatural al operante.

3. Verdadera aserción. — Sin embargo Soto en 4, d. 49, q. 2, art. 4 niega que la visión deba llamarse natural incluso respecto del bienaventurado que tiene el lumen gloriae, porque aquella visión en sí y absolutamente es sobrenatural. También Escoto y Durando citados en el cap. 15 reputan inconveniente que aquella visión sea natural al intelecto, cualquiera perfección que en él se suponga por modo de acto primero; pues ellos mismos impugnan por este principio el lumen gloriae, porque el intelecto con el lumen no puede tener orden más connatural a la visión que según sí mismo. Pero aunque en esto favorezcan a esta sentencia, en otro favorecen a la primera, en aquello a saber que puesto el lumen estiman que se sigue que el acto debe ser natural, aunque esto lo reputen inconveniente.

intellectui, qualibet in eo supposita perfectione per modum actus primi; ipsi enim ex hoc principio impugnant lumen gloriae, quia non potest intellectus cum lumine habere magis connaturalem ordinem ad visionem quam secundum se. Sed licet in hoc faveant huic sententiae, in alio favent priori, in eo scilicet quod posito lumine existimant sequi actum debere esse naturalem, licet hoc reputent inconveniens.

4. Verumtamen resolutio facilis est ex his quae diximus, et ideo breviter respondetur aliud esse loqui de illa visione absolute et secundum se, aliud respective seu comparative. Priori modo constat ex dictis visionem illam esse absolute supernaturalem actum, sive fiat per lumen sive non, quia est talis ex vi suae substantiae et naturae, quam semper obtinet eandem. Item quia semper est talis ut nulli substantiae creatae possit esse connaturalis et hoc est esse simpliciter et absolute supernaturalem. Posteriori autem modo potest illa visio comparari vel ad lumen, vel ad intellectum, vel ad totum compositum, scilicet intellectum informatum lumine, vel simpliciter ad hominem vel angelum. Respectu luminis connaturalis est visio, ut patet ex dictis, et hoc probant fundamenta primae sententiae. Respectu vero intellectus semper est visio supernaturalis, etiam si in illo supponatur lumen et sive comparatio fiat ad intellectum ut principium agens sive ut recipiens. Primum patet, quia dictum est intellectum, etiam quando cum lumine concurrit, operari ultra naturalem virtutem, per potentiam obediencialem activam et instrumentum Dei, in quo differt haec actio a calefactione procedente ab aqua calida, quia tota est a calore ut principio connaturali. Secundo probatur ex parte principii passivi, nam (ut dictum est) visio fit et educitur de sola potentia obedienciali intellectus. At vero si comparatio fiat cum toto composito, vix potest simpliciter responderi, sed sub

4. Veramente la resolución es fácil por lo que hemos dicho, y por eso brevemente se responde que una cosa es hablar de aquella visión absolutamente y según sí, otra respectivamente o comparativamente. Del primer modo consta por lo dicho que aquella visión es acto absolutamente sobrenatural, ya se haga por el lumen ya no, porque es tal por la fuerza de su sustancia y naturaleza, la cual siempre conserva la misma. Asimismo porque siempre es tal que no puede ser connatural a ninguna sustancia creada y esto es ser simplemente y absolutamente sobrenatural. Del segundo modo, en cambio, puede compararse aquella visión o al lumen, o al intelecto, o a todo el compuesto, es decir, al intelecto informado por el lumen, o simplemente al hombre o al ángel. Respecto del lumen la visión es connatural, como consta por lo dicho, y esto prueban los fundamentos de la primera sentencia. Respecto en cambio del intelecto siempre es visión sobrenatural, incluso si en él se supone el lumen y ya se haga la comparación al intelecto como principio agente ya como recipiente. Lo primero es claro, porque se dijo que el intelecto, incluso cuando concurre con el lumen, obra ultra su virtud natural, por potencia obediencial activa e instrumento de Dios, en lo cual difiere esta acción de la calefacción procedente del agua caliente, porque toda es del calor como principio connatural. Segundo se prueba de parte del principio pasivo, pues (como se dijo) la visión se hace y se educe de la sola potencia obediencial del intelecto. Mas si la comparación se hace con todo el compuesto, apenas puede responderse simplemente, sino con distinción: pues aquel compuesto es mixto o consta de cosa natural y sobrenatural. Agrada, sin embargo, el modo de responder de Cayetano, que por razón del lumen aquel acto se diga connatural, porque el lumen es como la última forma que constituye al intelecto en acto primero y por razón de aquella forma le es debido al mismo intelecto que se eleve al modo de obrar y recibir necesario para tal acto y por eso al intelecto así elevado simplemente le es connatural aquel acto. Al hombre en cambio o al

distinctione: nam illud compositum mixtum est seu constans ex re naturali et supernaturali. Placet tamen modus respondendi Cajetani, quod ratione luminis ille actus dicatur connaturalis, quia lumen est veluti ultima forma constituens intellectum in actu primo et ratione illius formae debitum est ipsi intellectui ut elevetur ad modum agendi et recipiendi necessarium ad hujusmodi actum et ideo intellectui sic elevato simpliciter est connaturalis ille actus. Homini autem vel angelo simpliciter est dicendus supernaturalis, quia comparatur ad substantiam cui absolute est supernaturalis, quia est supra omne debitum illius.

ángel simplemente debe decirse sobrenatural, porque se compara a la sustancia a la cual absolutamente es sobrenatural, porque está sobre todo débito de ella.

5. Circa posteriorem sensum, ille actus intellectus dicitur naturalis qui non pendet a voluntate vel quoad specificationem vel quoad exercitium, sed naturaliter manat positis principiis ejus. Et quidem de specificatione nulla potest esse quaestio; nam cum ille actus sit clarus et evidens, non potest aliter esse quam sit, unde clarum est in illo esse necessitatem quoad specificationem. Tamen de necessitate quoad exercitium videtur esse posse aliqua ratio dubitandi. Quia intellectus natura sua pendet a voluntate in agendo, saltem quoad applicationem et exercitium, sed in illa visione nulla intercedit specialis ratio ob quam hic naturalis ordo mutetur, ergo. Confirmatur, quia intellectus non concurrit ad illum actum per facultatem naturalem ut naturalis est, ergo ex parte intellectus et naturae ejus non potest actus ille habere necessitatem: nec vero ex parte Dei, qui est principale agens elevans intellectum, quia Deus secundum se libere agit et quando elevat causam secundam ad agendum accommodat se naturae ejus.

5. Acerca del segundo sentido, se dice natural aquel acto del intelecto que no depende de la voluntad ni en cuanto a la especificación ni en cuanto al ejercicio, sino que naturalmente mana puestos sus principios. Y ciertamente acerca de la especificación no puede haber cuestión; pues como aquel acto es claro y evidente, no puede ser de otro modo que es, de donde es claro que en él hay necesidad en cuanto a la especificación. Sin embargo acerca de la necesidad en cuanto al ejercicio parece que puede haber alguna razón de dudar. Porque el intelecto por su naturaleza depende de la voluntad en el obrar, al menos en cuanto a la aplicación y ejercicio, pero en aquella visión no media razón especial por la que se mute este orden natural, luego. Se confirma, porque el intelecto no concurre a aquel acto por facultad natural en cuanto natural es, luego de parte del intelecto y de su naturaleza no puede tener aquel acto necesidad: ni tampoco de parte de Dios, que es el agente principal que eleva al intelecto, porque Dios según sí obra libremente y cuando eleva a la causa segunda para obrar se acomoda a su naturaleza.

6. Assertio D. Thomae. — Nihilominus dicendum est illam visionem esse naturalem, id est necessariam, etiam quoad exercitium. Sumitur ex D. Thoma 1 part., quaest. 10, art. 5, ad 1, ubi ait illam visionem

6. Aserción de Santo Tomás. — No obstante debe decirse que aquella visión es natural, es decir, necesaria, también en cuanto al ejercicio. Se toma de Santo Tomás en 1 part., quaest. 10, art. 5, ad 1, donde dice que aquella visión se mide por la eternidad participada, porque es inmutable desde dentro. Lo cual siguen allí Cayetano y todos los tomistas, y en 1-2, quaest. 5, art. 4. Ni disienten otros teólogos, que comúnmente enseñan que aquella visión se mide o por la eternidad o por el evo. Es también muy conforme a aquella visión en cuanto es bienaventuranza perfecta, porque la bienaventuranza perfecta debe ser inmutable. Y puede persuadirse a fortiori por la voluntad, porque informada por la caridad ama necesariamente a Dios claramente visto, luego mucho más el intelecto

mensurari aeternitate participata, quia est immutabilis ab intrinseco. Quod ibi Cajetanus et omnes Thomistae sequuntur, et in 1-2, quaest. 5, art. 4. Nec dissentiunt alii theologi, qui communiter docent visionem illam mensurari vel aeternitate vel aevo. Est etiam valde consentaneum illi visioni ut beatitudo perfecta est, quia beatitudo perfecta debet esse immutabilis. Potestque a fortiori suaderi ex voluntate, quia caritate informata necessario amat Deum clare visum, ergo multo magis intellectus informatus lumine necessitatur ad videndum. Probatur consequentia, quia non minori impetu naturae fertur intellectus in objectum et finem suum quam voluntas in suum, et alioqui intellectus non est potentia formaliter libera sicut voluntas.

7. Secundo sic potest declarari, quia intellectus in primo actu suo non pendet a volun-
tate, quia voluntas necessario supponit objectum cognitum et ideo primus actus intellectus semper est naturalis, vel per se, si talis actus ex natura sua et per se sit primus, vel ex accidente, si tantum per accidens hic et nunc sit primus. At vero illa visio, per se et natura sua, est in suo ordine primus actus, et ideo cum primum elicitur, non potest pendere ab applicatione voluntatis volentis videre Deum, quia illa visio per se nihil supponit quod excitet voluntatem ad hujusmodi actum; ergo signum est intellectum informatum lumine ex se esse determinatum ad talem actum, et ideo non pendere ex applicatione voluntatis. Exemplum item esse potest in angelo cognoscente se ipsum; nam quia ille actus, natura sua, est primus in illo ordine, est etiam quasi fundamentum omnium aliorum, imo etiam omnium actuum voluntatis angelicae, et ideo est ab intrinseco necessarius et independens a voluntate angeli, ut est communior opinio in prima parte, quaest. 98. Ad eumdem ergo modum comparatur

informado por el lumen se ve necesitado a ver. Se prueba la consecuencia, porque no con menor ímpetu de naturaleza se dirige el intelecto al objeto y fin suyo que la voluntad al suyo, y por lo demás el intelecto no es potencia formalmente libre como la voluntad.

7. Segundo, así puede declararse, porque el intelecto en su primer acto no depende de la voluntad, porque la voluntad necesariamente supone un objeto conocido y por eso el primer acto del intelecto siempre es natural, o por sí, si tal acto por su naturaleza y por sí es primero, o por accidente, si solo por accidente aquí y ahora es primero. Pero aquella visión, por sí y por su naturaleza, es en su orden primer acto, y por eso cuando primero se elicita, no puede depender de la aplicación de la voluntad que quiere ver a Dios, porque aquella visión por sí nada supone que excite la voluntad a tal acto; luego es signo de que el intelecto informado por el lumen, de suyo, está determinado a tal acto, y por eso no depende de la aplicación de la voluntad. Ejemplo también puede ser el del ángel que se conoce a sí mismo; pues porque aquel acto, por su naturaleza, es primero en aquel orden, es también como fundamento de todos los demás, más aún, de todos los actos de la voluntad angélica, y por eso es por intrínseco necesario e independiente de la voluntad del ángel, como es la opinión más común en la primera parte, quaest. 98. Del mismo modo, pues, se compara la visión de Dios a los bienaventurados o a la gracia que opera de modo perfecto.

8. De donde también puede declararse últimamente, porque el lumen intelectual naturalmente se determina a su objeto primario y connatural y máximamente propio, y por eso cualquier ángel naturalmente se intuye a sí mismo y Dios primaria y por sí necesariamente se ve a sí mismo. El lumen gloriae, en cambio, tiene como objeto máximamente connatural y primario la esencia de Dios, naturalmente, pues, se determina a su visión, y en esto se asimila al lumen divino por esencia, del cual es altísima

visio Dei ad beatos seu ad gratiam perfecto modo operantem.

8. Unde etiam potest ultimo declarari, quia lumen intellectuale naturaliter determinatur ad suum primarium et connaturale objectum et maxime proprium, et ideo quilibet angelus naturaliter intuetur se et Deus primario ac per se necessario videt se ipsum. Lumen autem gloriae habet pro objecto maxime connaturali et primario essentiam Dei, naturaliter ergo determinatur ad visionem ejus, et in hoc assimilatur lumini divino per essentiam, cujus est altissima participatio. Ex quibus expedita est ratio dubitandi, quia neque omnis actus intellectus pendet ab applicatione voluntatis, neque necesse est ut Deus elevet intellectum ad hunc actum cum dependentia a voluntate, sed juxta exigentiam et naturam talis luminis, quod in hoc multum differt a lumine fidei, quod est obscurum et a pia affectione pendens.

CAPUT XVIII.

AN VISIO DEI SIT COGNITIO QUIDDITATIVA ET INTUITIVA DEI, HABEATQUE OMNES CONDITIONES PERFECTAE SCIENTIAE.

1. Ratio dubitandi. — Ratio dubitandi esse potest, quia quidditativa cognitio rei simplicissimae est comprehensiva ejus; at visio Dei non potest esse comprehensiva illius, ut supra ostensum est, ergo nec quidditativa cognitio esse potest. Major declaratur, quia ut aliqua cognitio quidditativa sit, debet totam essentiam rei manifestare usque ad ultimam quasi differentiam seu rationem constitutivam ejus; non potest autem amplius ad comprehensionem desiderari: maxime in Deo, qui nec causas habet, nec proprietates a sua essentia distinctas, ut ostensum est.

participación. De lo cual queda resuelta la razón de dudar, porque ni todo acto del intelecto depende de la aplicación de la voluntad, ni es necesario que Dios eleve al intelecto a este acto con dependencia de la voluntad, sino según la exigencia y naturaleza de tal lumen, que en esto difiere mucho del lumen de la fe, que es oscuro y depende de la piadosa afección.

CAPÍTULO XVIII

SI LA VISIÓN DE DIOS ES CONOCIMIENTO QUIDDITATIVO E INTUITIVO DE DIOS, Y SI TIENE TODAS LAS CONDICIONES DE LA CIENCIA PERFECTA

1. Razón de dudar. — La razón de dudar puede ser porque el conocimiento quidditativo de una cosa simplicísima es comprensivo de ella; pero la visión de Dios no puede ser comprensiva de Él, como se mostró antes, luego tampoco puede ser conocimiento quidditativo. La mayor se declara porque para que algún conocimiento sea quidditativo, debe manifestar toda la esencia de la cosa hasta la última cuasi diferencia o razón constitutiva de ella; y no puede desearse más para la comprensión: máxime en Dios, que ni tiene causas ni propiedades distintas de su esencia, como se mostró.

2. Primera conclusión. — Debe decirse en primer lugar que aquel conocimiento es evidente, claro, cierto y por tanto ciencia perfecta de Dios. La conclusión es cierta, pues aquella visión se opone al conocimiento oscuro y enigmático y se dice que es cara a cara (1 Cor. 13), donde también se tiene aquello: *Entonces conoceré como soy conocido*, y aquello: *Cuando venga lo perfecto, se evacuará lo que es en parte*. De donde colegimos que aquella visión excluye la oscuridad de la fe, y por tanto es clara y evidente manifestación de Dios. Lo cual también declaró suficientemente Juan en la primera epístola, cap. 3,

diciendo: *Lo veremos tal cual es*; pues la palabra *ver* con otras circunstancias dice conocimiento claro. Asimismo es esto necesario para que aquel conocimiento sacie el apetito del hombre fiel que busca a Dios: esto lo proporciona aquella cognición, según aquello del Salmo 16: *Me saciaré cuando aparezca tu gloria*. Y por eso también se dice que aquella visión excluye la esperanza (Rom. 8). La razón finalmente se declara porque aquel conocimiento no se apoya en ningún medio extrínseco, ni en autoridad de quien habla, ni en razón probable; luego se funda en la misma evidencia de la cosa vista en sí, como lo indica el mismo nombre de visión. Se prueba la consecuencia porque es imposible que alguna verdad inteligible sea vista en sí y sin medio, sino abiertamente y claramente. Añade que aquel conocimiento no solo es evidente, sino también más evidente que cualquier otro conocimiento creado, incluso que el de los primeros principios, lo cual es claro tanto por la perfección del principio, porque procede de un lumen perfectísimo y de orden superior, como de parte del objeto, cuya verdad es simplicísima y en sí máximamente clara y una. De donde también resulta que aquel conocimiento es certísimo y sumamente infalible, porque todo conocimiento evidente es cierto, y cuanto más evidente es que los demás, tanto más cierto es. Asimismo muestra una verdad sumamente necesaria, luego genera asentimiento sumamente infalible.

3. Dubio. — Aquí verdaderamente puede inquirirse si es más cierto que la fe, pero de esto más ampliamente en su lugar propio; la dubitación ahora digo brevemente que, en cuanto a excluir de parte del objeto y el peligro de falsedad, aquellas cogniciones son iguales, porque ambas se fundan en la verdad divina; sin embargo, en cuanto a la perfección positiva, aquella visión puede decirse más cierta no solo de parte del sujeto, que lo necesita, y de él excluye todo movimiento de duda, sino también porque tiene toda la perfección que se encuentra en la fe, y algo más. Procede, en efecto, de un lumen sobrenatural y más perfecto, y se funda en la primera verdad, no hablante, sino existente en

2. Prima conclusio. — Dicendum imprimis est cognitionem illam esse evidentem et claram ac certam ac proinde perfectam scientiam Dei. Conclusio est certa, nam visio illa opponitur obscurae et aenigmaticae cognitioni et dicitur esse facie ad faciem (1 Cor. 13), ubi etiam habetur illud: *Tunc cognoscam sicut et cognitus sum*, et illud: *Cum venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est*. Unde colligimus visionem illam excludere obscuritatem fidei, ac proinde esse claram et evidentem manifestationem Dei. Quod etiam satis declaravit Joannes, prima epistola, cap. 3, dicens: *Videbimus eum sicuti est*; nam verbum *videndi* cum aliis circumstantiis claram cognitionem dicit. Item est hoc necessarium, ut cognitio illa satiet appetitum hominis fidelis quaerentis Deum: hoc autem praestat illa cognitio, juxta illud Psal. 16: *Satiabor cum apparuerit gloria tua*. Et ideo etiam dicitur visio illa excludere spem (Rom. 8). Ratio denique declaratur, quia illa cognitio non nititur aliquo medio extrinseco, neque auctoritate dicentis, neque probabili ratione; ergo fundatur in ipsa evidentia rei visae in se, ut prae se fert nomen ipsum visionis. Probatur consequentia, quia impossibile est veritatem aliquam intelligibilem videri in se et sine medio, nisi aperte et clare. Adde, cognitionem illam, non solum esse evidentem, sed etiam evidentiorem omni alia cognitione creata, etiam cognitione primorum principiorum, quod patet, tum ex perfectione principii, quia procedit a lumine perfectissimo et altioris ordinis, tum ex parte objecti, cujus veritas simplicissima est et in se maxime clara et una. Unde etiam fit cognitionem illam esse certissimam et summe infallibilem, quia omnis cognitio evidens est certa, et quo illa est evidentior aliis, eo est certior. Item ostendit veritatem summe necessariam, ergo generat assensum summe infallibilem.

3. Dubium. — Hic vero inquiri potest an sit certior fide, sed de hoc latius in proprio loco; dubitationem nunc breviter dico, quantum ad excludendam ex parte objecti, et periculum falsitatis esse illas cognitiones aequales, quia utraque fundatur in divina veritate, tamen quantum ad positivam perfectionem visio illa potest dici certior non solum ex parte subjecti, quod necessitat, et ab eo excludit omnem motum dubitationis, sed etiam quia habet omnem perfectionem quae reperitur in fide, et aliquid amplius. Procedit enim ex lumine supernaturali et perfectiori, et fundatur in prima veritate, non loquente, sed in se existente et manifestante totam suam primam veritatem et essendi necessitatem, in qua fundatur infallibilitas et certitudo fidei. Et praeterea superat illa visio in evidentia et quodammodo comparatur ad fidem, sicut scientia subalternans ad subalternatam, ostendit enim originem, unde fides habet certitudinem suam. Est ergo visio non solum evidentior, sed etiam certior.

4. Secunda conclusio. — Dico secundo visionem illam esse quidditativam et intuitivam cognitionem Dei. Ita sentit D. Thomas, 1 p., q. 12, art. 12 et 13, et in 4, d. 49, q. 2, art. 3, et quaest. 8 De Veritate, art. 1, ad 8, et docet Cajetanus d. qu. 12, art. 4, in principio, ubi recte declarat quae dicatur cognitio quidditativa. Eam enim nihil aliud esse intelligimus quam propriam rei cognitionem per essentiam vel per propriam speciem ejus: per quam de illa re cognoscuntur omnes proprietates essentiales ejus. Nihil enim amplius desiderari potest ad quidditativam cognitionem: haec autem omnia habet illa visio respectu Dei, ut ratio dubitandi in principio facta probat, et latius in capitibus sequentibus declarabitur. Atque hinc etiam constat visionem illam esse cognitionem intuitivam. Quin potius addo contra Scotum in 2, d. 3, qu. 9, et in 4, d. 49, q. 11, non posse esse

sí y manifestante toda su primera verdad y necesidad de ser, en la cual se funda la infalibilidad y certeza de la fe. Y además aquella visión supera en evidencia y de algún modo se compara a la fe como la ciencia subalternante a la subalternada, pues muestra el origen de donde la fe tiene su certidumbre. Es, pues, la visión no solo más evidente, sino también más cierta.

4. Segunda conclusión. — Digo en segundo lugar que aquella visión es conocimiento quidditativo e intuitivo de Dios. Así lo siente Santo Tomás, 1 p., q. 12, art. 12 y 13, y en 4, d. 49, q. 2, art. 3, y quaest. 8 De Veritate, art. 1, ad 8, y lo enseña Cayetano en la citada q. 12, art. 4, al principio, donde rectamente declara qué se llama conocimiento quidditativo. Pues entendemos que no es otra cosa que el conocimiento propio de la cosa por su esencia o por su propia especie: por la cual de aquella cosa se conocen todas sus propiedades esenciales. Nada más puede desearse para el conocimiento quidditativo: todas estas cosas, sin embargo, las tiene aquella visión respecto de Dios, como prueba la razón de dudar puesta al principio, y más ampliamente se declarará en los capítulos siguientes. Y de aquí también consta que aquella visión es conocimiento intuitivo. Más aún, añado contra Escoto en 2, d. 3, qu. 9, y en 4, d. 49, q. 11, que no puede haber conocimiento quidditativo de Dios sin que al mismo tiempo sea también intuitivo. Lo cual enseñó bien Durando, q. 3 Prologi, y Capréolo en 2, d. 3, q. 2, a los argumentos contra la 6ª conclusión, y d. 23, quaest. 4. La razón es porque no puede conocerse quidditativamente a Dios sin que se conozca que existe en acto, porque de su esencia es existir en acto: y se llama conocimiento intuitivo aquel por el cual se ve la cosa como existente y bajo todas las condiciones del existente.

5. Evasión. — Se refuta. — Puede responderse, sin embargo, que no basta para el conocimiento intuitivo que se conozca la cosa como existente, pues de una cosa ausente podemos conocer evidentemente que existe, es

quidditativam cognitionem Dei, quin simul etiam sit intuitiva. Quod bene docuit Durandus, q. 3 Prologi, et Capreolus in 2, d. 3, q. 2, ad argumenta contra 6 conclusionem, et d. 23, quaest. 4. Ratio est, quia non potest cognosci quidditative Deus, quin cognoscatur actu existere, quia de essentia ejus est actu existere: cognitio autem intuitiva dicitur, qua videtur res ut existens et sub omnibus conditionibus existentis.

5. Effugium. — Refutatur. — Responderi autem potest, non satis esse ad cognitionem intuitivam, quod cognoscatur res ut existens, nam de re absente possumus cognoscere evidenter eam existere, oportet ergo ut cognoscatur res ut praesens. Posset autem aliquis per speciem cognoscere quidditatem Dei et existentiam ejus, non tamen intueri illum ut praesentem. Sed hoc fieri non potest: quia licet per causam vel effectum possit cognosci res ut existens, etiam si absens sit et in se non videatur; tamen quod existentia rei evidenter cognoscatur in se ipsa absque alio medio cognito, intelligi non potest absque praesentia rei, maxime si talis cognitio sit propria ipsius rei prout in se est. Deinde inquiro quid nomine praesentiae intelligatur. Si enim est indistantia localis, haec et necessaria non est ad intuitivam visionem, ut patet in visu corporeo et intellectu angelico, qui intueri potest res etiam si loco distent, et praeterea haec non habet locum in Deo, qui cum sit immensus, videri non potest ut loco distans a vidente. Aut illa praesentia est objectiva et haec deesse non potest respectu actus, quia fit per ipsammet visionem; ergo non potest esse visio rei existentis in se ipsa et prout in se est, quin illa res sit objective praesens intellectui per ipsam visionem.

6. Objectio. — Responsio. — Dices, hanc praesentiam in hoc consistere, quod objectum per se ipsum adsit potentiae, et conjungatur illi ad efficiendam intuitionem sui. At hoc etiam reperietur in visione Dei, ut

necesario, pues, que se conozca la cosa como presente. Podría, sin embargo, alguien por especie conocer la quiddidad de Dios y su existencia, pero no intuirlo como presente. Pero esto no puede hacerse: porque aunque por causa o efecto pueda conocerse la cosa como existente, incluso si está ausente y no se ve en sí; sin embargo, que la existencia de la cosa se conozca evidentemente en sí misma sin otro medio conocido, no puede entenderse sin la presencia de la cosa, máxime si tal conocimiento es propio de la misma cosa tal como es en sí. Luego pregunto qué se entiende por el nombre de presencia. Si es indistancia local, esta ni es necesaria para la visión intuitiva, como es claro en la vista corporal y en el intelecto angélico, que puede intuir cosas incluso si distan localmente, y además esto no tiene lugar en Dios, que como es inmenso, no puede ser visto como distante localmente del que ve. O aquella presencia es objetiva y esta no puede faltar respecto del acto, porque se hace por la misma visión; luego no puede ser visión de cosa existente en sí misma y tal como es en sí, sin que aquella cosa esté objetivamente presente al intelecto por la misma visión.

6. Objeción. — Respuesta. — Dirás que esta presencia consiste en que el objeto por sí mismo esté presente a la potencia y se una a ella para producir la intuición de sí. Pero esto también se encontrará en la visión de Dios, como se vio. Y además es falso que esto se requiera por sí para la visión intuitiva como tal, pues puede hacerse por especie del objeto, incluso si él mismo por sí no está dentro de la misma potencia, como es claro en la vista corporal y en el conocimiento intuitivo que un ángel tiene de otro, y por eso dijo Santo Tomás en Quodlib. 7, quaest. 1, que no obsta a la cognición inmediata e intuitiva el que se haga por especie. Y la razón es clara, porque la cognición no tiene el ser intuitiva formalmente del principio eficiente, sino del modo por el que termina inmediatamente al objeto en sí, y tal como existe en sí, y esto puede tenerlo, ya se haga por especie, ya de otro modo; es, pues, la visión de Dios quidditativa, necesariamente también intuitiva.

visum est. Et praeterea falsum est, hoc per se requiri ad visionem intuitivam ut sic, fieri enim potest per speciem objecti, etiam si ipsum per se non sit intra ipsam potentiam, ut patet in visu corporeo, et cognitione intuitiva quam unus angelus habet de alio, et ideo dixit D. Thomas Quodlib. 7, quaest. 1, non obstare cognitioni immediate ac intuitivae, quod fiat per speciem. Et ratio clara est, quia cognitio non habet, quod sit intuitiva formaliter ex principio efficiente, sed ex modo quo terminatur immediate ad objectum in se, et prout in se existit et hoc habere potest, sive fiat per speciem, sive alio modo; est ergo visio Dei quidditativa, necessario etiam intuitiva.

7. **Ad rationem dubitandi. — Primum dubium. — Resolutio.** — Ratio dubitandi in principio posita post discursum sequentium capitum tractanda est, est enim maxima difficultas hujus materiae. Nunc breviter negatur sequela, quia plus ad comprehensionem requiritur quam ad quidditativam cognitionem, quid autem illud sit paulatim explicabitur. Nunc superest expedire nonnulla brevia dubia quae de proprietatibus illius visionis interrogari possunt. Unum est, an illa visio sit cognitio simplex et incomplexa: quod tractant Ochamus in 4, quaest. 13, et ibi supplement., Gabriel, Soto et alii, distinct. 49. Dico tamen breviter esse simplicem cognitionem sine ulla comparatione vel discursu. Est enim scientia altioris et divini ordinis, unde sicut Deus sine compositione videt praedicatum in subjecto, et eorum unionem inter se, et effectum in causa, seu conclusionem in principiis, ita multo magis videt beatus simplici intuitu omnia quae per eam scientiam cognoscit. Quod quidem maxime verum est de visione illa, quatenus ad Deum terminatur, nam, ut sic, etiam ex parte objecti simplicissima est, quia in eo ostendit simplicissimam veritatem in qua nulla est compositio. Si vero terminatur ad creaturam, etiam, ut sic, est in se simplex, quia

7. A la razón de dudar. — Primer dubio. — Resolución. — La razón de dudar puesta al principio debe tratarse después del discurso de los capítulos siguientes, pues es la máxima dificultad de esta materia. Ahora brevemente se niega la consecuencia, porque para la comprensión se requiere más que para el conocimiento quidditativo; qué sea aquello se explicará poco a poco. Ahora resta despachar algunos breves dubios que pueden preguntarse acerca de las propiedades de aquella visión. Uno es si aquella visión es conocimiento simple e incomplexo: lo cual tratan Ockham en 4, quaest. 13, y allí supplement., Gabriel, Soto y otros, distinct. 49. Digo, sin embargo, brevemente que es conocimiento simple sin ninguna comparación o discurso. Es, en efecto, ciencia de orden superior y divino, de donde así como Dios sin composición ve el predicado en el sujeto, y su unión entre sí, y el efecto en la causa, o la conclusión en los principios, así mucho más ve el bienaventurado con simple intuición todo lo que por aquella ciencia conoce. Lo cual ciertamente es máximamente verdadero de aquella visión en cuanto termina a Dios, pues, como tal, también de parte del objeto es simplicísima, porque en Él muestra la verdad simplicísima en la cual no hay composición. Si en cambio termina a la criatura, también, como tal, es en sí simple, porque por una especie simplicísima y eminentísima muestra todas las cosas, y finalmente es un solo y mismo acto simplicísimo con la misma visión de Dios. Eminentemente, sin embargo, contiene la fuerza de la composición y del discurso. Ni en esto hay dificultad alguna, porque aunque al hombre le sea natural conocer por composición y discurso, sin embargo puede elevarse sobrenaturalmente a un modo superior de conocer.

8. Segundo dubio. — Respuesta. — Segundo suele inquirirse si este conocimiento es aprehensivo o también judicativo. Porque no solemos dar juicio sino componiendo y atribuyendo uno a otro. De donde Buenaventura en 3, d. 44, art. 1, qu. ult., parece distinguir

per unam simplicissimam et eminentissimam speciem ostendit omnia, ac denique est unus et idem actus simplicissimus cum ipsa visione Dei. Eminenter tamen continet vim compositionis et discursus. Neque in hoc est ulla difficultas, quia licet homini sit naturale per compositionem et discursum cognoscere, tamen supernaturaliter elevari potest ad altiorem modum cognoscendi.

8. Secundum dubium. — Responsum. — Secundo solet inquiri an haec cognitio sit apprehensiva vel etiam judicativa. Quia non solemus ferre judicium, nisi componendo et unum alteri tribuendo. Unde Bonaventura in 3, d. 44, art. 1, qu. ult., videtur distinguere visionem a judicio: formidat enim concedere eum qui videt Deum judicare de ipso Deo, sed solum de sua visione, quod sit conformis Deo. Sed neque ipse perstitit in ea sententia, nec dubitari potest quin illa visio sit perfectissimum judicium, quia per illam perfecte cognoscit beatus, v. g., quod Deus sit et quod sit perfectus, omnipotens, etc. Nihil aliud est per intellectum judicare de aliqua re quam cognoscere quid illi rei conveniat, seu veritatem quae in illa reperitur. Item notitia judicativa non repugnat cum simplicitate, nos enim propter imperfectionem componimus ad judicandum; Deus autem et angeli per simplices actus judicant de quacumque veritate, sive in se simplex, sive composita sit, ergo idem facient beati per illam visionem quae et est perfectior scientia quam angelica, et est eminentissima participatio divinae scientiae. Unde ad hoc judicium non oportet intelligere reflexionem illam, et quasi comparationem visionis ad objectum, sed satis est directa cognitio perfecta ipsius objecti de quo judicat, quod et quale sit.

9. Tertium dubium. — Tertio quaeri solet an illa visio sit directa tantum vel etiam reflexa. Nam Ochamus, supra

la visión del juicio: teme, en efecto, conceder que el que ve a Dios juzgue del mismo Dios, sino solo de su visión, que sea conforme a Dios. Pero ni él mismo perseveró en esa sentencia, ni puede dudarse que aquella visión sea el perfectísimo juicio, porque por ella conoce perfectamente el bienaventurado, v. g., que Dios es y que es perfecto, omnipotente, etc. Nada otro es por el intelecto juzgar de alguna cosa que conocer qué conviene a aquella cosa, o la verdad que en ella se encuentra. Asimismo la noticia judicativa no repugna con la simplicidad, pues nosotros por imperfección componemos para juzgar; Dios, en cambio, y los ángeles por actos simples juzgan de cualquier verdad, sea en sí simple, sea compuesta, luego lo mismo harán los bienaventurados por aquella visión que es y ciencia más perfecta que la angélica, y es eminentísima participación de la ciencia divina. De donde para este juicio no es necesario entender aquella reflexión y cuasi comparación de la visión al objeto, sino que basta la directa cognición perfecta del mismo objeto de que juzga, qué y cuál sea.

9. Tercer dubio. — Tercero suele preguntarse si aquella visión es solo directa o también refleja. Pues Ockham, supra quaest. 13, art. 10, a quien siguen Gabriel en 3, d. 14, y su supplement. en 4, d. 49, niegan que aquella visión sea refleja, sino solo directa, estimando que no pueden convenir estas dos razones al mismo acto. Porque, para que la noticia sea refleja, estiman que es necesario que sea también complexa. De donde infieren que puede haber alguien bienaventurado viendo a Dios, que ignore totalmente que ve a Dios y que es bienaventurado. Pues esta cognición incluye acto reflejo, que como es distinto de la visión, será separable de ella. A mí, sin embargo, en primer lugar me parece falso que la noticia refleja deba ser necesariamente por composición, porque no hay razón ni fundamento por el que se afirme tal necesidad. Asimismo porque de otro modo los ángeles no podrían hacer reflexión sobre sus actos sino componiendo, lo cual es frívolo, pues si pueden conocer simplemente otras

quaest. 13, art. 10, quem sequuntur Gabriel in 3, d. 14, et supplement. ejus in 4, d. 49, negant illam visionem esse reflexam, sed tantum directam, existimantes non posse has duas rationes eidem actui convenire. Quia, ut notitia sit reflexa, existimant necessarium esse, ut sit etiam complexa. Unde inferunt posse aliquem esse beatum videndo Deum, qui omnino ignoret, se videre Deum et se esse beatum. Nam haec cognitio includit actum reflexum, qui cum sit a visione distinctus, erit ab illa separabilis. Mihi autem imprimis falsum videtur notitiam reflexam debere esse necessario per compositionem, quia nulla est ratio vel fundamentum, propter quod talis necessitas afferatur. Item quia alias angeli non possent reflexionem facere super suos actus nisi componendo, quod est frivolum, nam si alias veritates possunt cognoscere simpliciter, cur non hanc, scilicet, scire se cognoscere? Denique divina scientia eminentissime continet reflexionem et cognitionem sui cum summa simplicitate: unde valde probabile judico illam visionem intime et per se ipsam esse reflexam, ita ut non possit beatus videre Deum, quin videat, se videre. Nulla est enim ratio cur hoc repugnet eidem actui: nam sicut lux manifestando alia, se etiam manifestat, ita facile hoc intelligi potest in eodem actu intellectus, imo hoc maxime pertinet ad perfectam claritatem et certitudinem ejus. Adde hoc etiam spectare ad perfectionem beatitudinis, et per se esse maxime credibile de illa visione, quae participatio divinae scientiae est in supremo gradu et ordine. Atque ita sensit Bonaventura 3, dicta distinct. 14, art. 1, quaest. 3, ad ultimum.

verdades, ¿por qué no esta, a saber, saber que se conocen? Finalmente la ciencia divina eminentísimamente contiene la reflexión y cognición de sí con suma simplicidad: de donde juzgo muy probable que aquella visión íntima y por sí misma sea refleja, de modo que no pueda el bienaventurado ver a Dios sin que vea que ve. Ninguna razón hay, en efecto, por la que esto repugne al mismo acto: pues así como la luz manifestando otras cosas, también se manifiesta a sí misma, así fácilmente puede entenderse esto en el mismo acto del intelecto, más aún, esto pertenece máximamente a la perfecta claridad y certidumbre de él. Añade que esto también mira a la perfección de la bienaventuranza, y por sí es máximamente creíble de aquella visión, que es participación de la ciencia divina en el supremo grado y orden. Y así lo sintió Buenaventura en 3, citada distinct. 14, art. 1, quaest. 3, ad ultimum.

10. Quartum dubium. — Quarto interrogari solet an illa visio sit scientia practica, vel speculativa, vel utrumque simul. Sunt enim opiniones variae. Prima affirmat tantum esse scientiam practicam, quia est regula voluntatis quam movet ad

10. Cuarto dubio. — Cuarto se suele preguntar si aquella visión es ciencia práctica, o especulativa, o ambas a la vez. Hay, en efecto, opiniones varias. La primera afirma que es solamente ciencia práctica, porque es regla de la voluntad a la que mueve a obrar y dicta qué debe hacerse según la recta razón. Así Escoto, en el Prólogo, quaest. 4, donde no habla en particular de la visión, sino de la teología y de cualquier cognición creada de Dios, más aún, lo mismo juzga probable de la ciencia increada que Dios tiene de sí, de la cual diremos después en el libro tercero.

Segunda opinión. — La segunda opinión es que aquella ciencia es solamente especulativa, porque es de objeto no operable por nosotros. La cual se atribuye a Santo Tomás, 1-2, q. 3, art. 5, y se toma también del mismo 2-2, q. 48, art. 4. Se cita también a Paludano en 4, d. 49, quaest. 3, art. 2. Aquel, sin embargo, en los bienaventurados pone ciencia especulativa y práctica, como necesaria para integrar la bienaventuranza, y confiesa que la misma visión es ciencia especulativa: deja, sin embargo, en duda si la práctica esté distinta de ella o no.

operandum et dictat quid secundum rectam rationem agendum sit. Sic Scotus, in Prologo, quaest. 4, ubi non loquitur in particulari de visione, sed de theologia et de quacumque cognitione creata Dei, imo idem probabile censet de increata scientia quam Deus habet de se, de qua infra libro tertio dicemus.

Secunda opinio. — Secunda opinio est, illam scientiam tantum esse speculativam, quia est de objecto non operabili a nobis. Quae tribuitur D. Thomae, 1-2, q. 3, art. 5, et sumitur etiam ex eodem 2-2, q. 48, art. 4, Citatur etiam Paludanus in 4, d. 49, quaest. 3, art. 2. Ille tamen in beatis ponit scientiam speculativam et practicam, ut necessariam ad integrandam beatitudinem, et fatetur visionem ipsam esse scientiam speculativam: dubium tamen relinquit an practica sit ab illa distincta necne.

Tertia opinio. — Est ergo tertia opinio, quod simul sit practica et speculativa, sicut D.Thomas docuit de Theologia, 4 p., quaestione 1, art. 4. Sic Cajetanus 1-2, quaest. 3, art. 5; Soto 4, dist. 49, quaestione 1, art. 4, ubi Richardus, art. 4, quaestione 8, idem sentit. Differt tamen ab aliis, quia existimat illam visionem principalius esse practicam quam speculativam, quia principaliter ordinatur ad amorem. Alii e contrario dicunt principalius esse speculativam, quia primarium illud est, quod sit quidditativa cognitio naturae divinae, et ut sic est speculativa; hinc vero consequenter habet quod sit affectiva seu directiva voluntatis, ex quo habet quod practica sit.

12. Lis componitur. Haec disceptatio solum de modo loquendi esse solet, ideoque ita videtur breviter expedienda. Considerari enim potest illa visio vel ut est de Deo ipso, vel ut in illo et per illum aliqua alia manifestare potest. Priori modo dico esse simpliciter et omnino speculativam, quia est suprema

Tercera opinión. — Es, pues, la tercera opinión que sea a la vez práctica y especulativa, como D.
Tomás lo enseñó en *De Theologia*, 4 p., q. 1, art. 4. Así lo afirma Cayetano en 1-2, q. 3, art. 5; Soto en 4, dist. 49, q. 1, art. 4, donde Ricardo, art. 4, q. 8, siente lo mismo. Difiere, sin embargo, de los otros, porque estima que aquella visión es principalmente práctica más que especulativa, ya que se ordena principalmente al amor. Otros, por el contrario, dicen que es principalmente especulativa, porque lo primario es que sea conocimiento quidditativo de la naturaleza divina, y como tal es especulativa; de aquí, en cambio, se sigue consecuentemente que sea afectiva o directiva de la voluntad, por lo cual tiene el ser práctica.

12. Se resuelve la controversia. — Esta discusión suele ser solamente de modo de hablar, y por eso parece que debe despacharse brevemente de esta manera. Puede considerarse aquella visión o como es de Dios mismo, o como en Él y por Él puede manifestar alguna otra cosa. Del primer modo digo que es simplemente y del todo especulativa, porque es la suprema contemplación de la primera verdad y es de una cosa de ningún modo operable por el que la ve. Más aún, aunque simultáneamente se vea a Dios como amable por el mismo que lo ve y por eso respecto del amor parezca ser de una cosa operable y regulable por él, no obstante, incluso bajo aquella razón no juzgo que sea práctica, como diré después también acerca de la misma ciencia de Dios. Porque ni es práctica a modo de arte o ciencia factiva, ya que no enseña cómo debe elicitarse el amor o hacerse físicamente, como consta por sí mismo, ni es práctica a modo de prudencia, porque aquel amor es necesario; de donde no se regula por la prudencia, sino por su objeto; por lo cual aquella visión no excita el amor de modo práctico, sino por la sola contemplación del objeto aplicándolo.

contemplatio primae veritatis et est de re nullo modo operabili a vidente. Imo licet simul videatur Deus ut diligibilis ab ipso vidente et ideo respectu amoris videatur esse de re operabili et regulabili ab ipso; nihilominus etiam sub illa ratione non censeo esse practicam, ut infra etiam de ipsa scientia Dei dicam. Quia neque est practica per modum artis seu scientiae factivae, quia non docet quomodo sit eliciendus amor seu physice faciendus, ut per se constat, nec est practica per modum prudentiae, quia ille amor necessarius est; unde non regulatur per prudentiam, sed per suum objectum; unde illa visio non excitat amorem practico modo, sed per solam contemplationem objecti applicando illud.

13. Pero en cuanto aquella visión juzga de algunas acciones fuera de Dios, puede ser práctica. Primero, a modo de prudencia, en cuanto por aquella visión puede juzgar el bienaventurado acerca de otras cosas que deben hacerse o evitarse según la razón o voluntad divina. Segundo, a modo de arte, porque aquella visión puede conferir un conocimiento que de suyo baste para dirigir una operación artificiosa. Ni es inconveniente que una ciencia de orden superior abarque ambas razones, sobre todo porque por la fuerza de su objeto primario es especulativa, y práctica solo respecto del objeto secundario. De lo cual se puede entender que aquella visión, en cuanto formalmente pertenece a la bienaventuranza esencial, es solamente especulativa y no práctica, y este es el sentido de Santo Tomás en 1-2, q. 3, art. 5. Porque aquella visión no es bienaventuranza sino en cuanto termina a la cosa increada: porque solo el objeto increado es la bienaventuranza objetiva esencial, como se tratará más ampliamente en 1-2, en el lugar citado.

13. At vero prout illa visio judicat de aliquibus actionibus extra Deum, potest esse practica. Primo per modum prudentiae, quatenus per illam visionem judicare potest beatus de aliis rebus agendis vel vitandis secundum divinam rationem seu voluntatem. Secundo per modum artis, quia illa visio conferre potest cognitionem quae de se sufficiat ad dirigendam artificiosam operationem. Neque enim est inconveniens ut scientia altioris ordinis utramque rationem complectatur, praesertim cum ex vi primarii objecti speculativa sit, practica vero solum irca secundarium objectum. Ex quo intelligere licet visionem illam, quatenus formaliter pertinet ad beatitudinem essentialem, esse tantum speculativam et non practicam et hic est sensus divi Thomae 1-2, quaestione 3, articulo 5. Quia illa visio non est beatitudo nisi prout terminatur ad rem increatam: quia solum objectum increatum est beatitudo objectiva essentialis, ut in 1-2, loco citato latius tractandum est.

CAPÍTULO XIX

SI LA VISIÓN DE DIOS ES DE LA MISMA ESPECIE ESENCIAL EN TODOS LOS BIENAVENTURADOS, DE MODO QUE DIOS SEA VISIBLE DE UN SOLO MODO

1. Esta cuestión puede contribuir a declarar más ampliamente la perfección de aquella visión y este atributo de la invisibilidad de Dios. Suponemos, sin embargo, que aquella visión tanto por razón del objeto excede en perfección esencial a todos los conocimientos de las demás cosas fuera de Dios, como por razón del modo difiere esencialmente de todo conocimiento de Dios por el que no se ve a Dios tal como es en sí, y lo supera. Estas dos cosas son conocidas por sí mismas y por el discurso de los capítulos se harán más notorias. Inquirimos, pues, si en aquella visión hay diversidad esencial.

CAPUT XIX.

SIT-NE DEI VISIO EJUSDEM SPECIEI ESSENTIALIS IN OMNIBUS BEATIS, ITA UT DEUS UNO TANTUM MODO VISIBILIS SIT.

1. Haec quaestio, ad declarandam amplius perfectionem illius visionis et hoc attributum invisibilitatis Dei, conferre potest. Supponimus autem visionem illam et ratione objecti excedere in perfectione essentiali omnes cognitiones aliarum rerum extra Deum et ratione modi essentialiter differre ab omni cognitione Dei qua non videtur Deus prout est in se, eamque superare. Quae duo et per se nota sunt et ex discursu capitum fient notiora. Inquirimus ergo an in illa visione sit essentialis diversitas.

2. Prima opinio. — Primus dicendi modus esse potest esse in illa visione specificam diversitatem, ita ut omnis beatus qui perfectiorem habet beatitudinem habeat etiam visionem essentialiter perfectiorem. Primo quidem quia unus videns Deum est essentialiter beatior alio, sed essentia beatitudinis est in visione, ergo oportet ut is qui beatior est habeat visionem essentialiter perfectiorem, alioqui non esset essentialiter beatior sed accidentaliter.
Secundo possumus argumentari quia visiones non eodem modo manifestant Deum, sed quaedam ostendit ipsum cum habitudine ad plures creaturas quam alia, quae diversitas non potest oriri nisi ex specifica distinctione, ut videtur, ergo. Probatur minor quia visio est imago quaedam rei cognitae, sive illa sit Deus sive creatura, sed non videtur posse intelligi quod duae res omnino ejusdem speciei et in se indivisibiles in entitatibus suis sint imagines rerum diversarum, cum ratio imaginis sumatur ex ordine ad rem repraesentatam, ergo. Nec refert si dicatur Deum repraesentari primario et creaturam secundario; quia quidquid de hoc sit, nihilominus illa indivisibilis entitas visionis immediate

2. Primera opinión. — El primer modo de hablar puede ser que haya en aquella visión diversidad específica, de modo que todo bienaventurado que tenga una bienaventuranza más perfecta tenga también una visión esencialmente más perfecta. Primero, ciertamente, porque uno que ve a Dios es esencialmente más bienaventurado que otro, pero la esencia de la bienaventuranza está en la visión, luego es necesario que el que es más bienaventurado tenga una visión esencialmente más perfecta, de otro modo no sería esencialmente más bienaventurado, sino accidentalmente.
Tampoco conoce Dios todas estas cosas como por composición, aunque sea según razón, ni como por una tercera cognición comparativa distinta según razón, pues esto mismo indica una menor perfección en el conocimiento previo, simple y directo. Ni, finalmente, conoce Dios estas cosas solo en la criatura, viendo en ella la dependencia que tiene de Dios, la desigualdad y cualquier otra comparación, porque todo este conocimiento respecto de Dios es casi *a posteriori*, ni por él se conoce *a priori*, como tal, el posible influjo de Dios en las criaturas, ni el modo en que cada una puede emanar de Dios. Por consiguiente, el modo perfectísimo de conocer todas las cosas es por la simple comprensión de la causa, penetrando en ella todas las cosas.

9. Conclusión. — Juzgo, por tanto, que esta sentencia común es verísima. No faltan, sin embargo, quienes piensen que este modo de conocer es imposible; pero respondiendo a sus razones quedará claro que no es así.

Una [razón] es que Dios es una cosa absolutamente absoluta. Otra, que no contiene en sí a las criaturas formalmente y según una razón totalmente idéntica. Pero

suam essentiam cognitam ut omnipotentem.

10. Haec vero ratio non videtur magni momenti. Primo quia negamus Deum constitui formaliter loquendo omnipotentem per scientiam. Quia, ut infra dicemus, scientia non est quasi principium per se et physicum effectivum...Nis rerum, sed est tantum directiva actionis.
Duo ergo in actione considerantur: unum est substantia actionis seu effectus, et sic est a virtute physice effectiva, quae est omnipotentia. Aliud est modus actionis, quod scilicet sit modo intellectuali et artificioso, et sic est a scientia. Quando autem dicitur Deus cognoscere omnia in sua essentia ut omnipotente, sermo est de omnipotentia quoad principium physicum, et ut comparatur ad effectus secundum essentias seu entitates eorum.

11. Unde secundo dicimus veram esse illam causalem: «quia Deus est omnipotens, ideo scit omnia possibilia»; falsam vero alteram: «quia scit omnia, potest efficere omnia» (in sensu praedicto). Utrumque constat ex dictis, et magis constabit legenti ea quae de potentia Dei effectiva ad extra dixi in disp. 30 *Metaph.*, sect. ult., conclusione 4, quae in fine huius libri breviter perstringam.
Quocirca illa propositio hypothetica: *Si Deus non esset omnipotens, omnia nihilominus sciret*, gratis et sine probatione sumitur, unde eadem facilitate negatur, quia tunc Deus non haberet medium cognoscendi quod non habet. Item, quia tunc creaturae non essent possibiles (repugnat enim effectum esse possibilem si causa non esset possibilis). Item, quia essentia divina non contineret eminenter omnia. Unde etiam si daremus nunc Deum cognoscere omnia per suam essentiam immediate, tanquam per speciem intelligibilem eminentem, etiam hic modus sciendi omnia tunc esset impossibilis Deo, quia essentia eius non haberet rationem speciei

estas dos razones ya fueron resueltas al tratar de la visión beatífica.
La tercera razón, pues, es: si Dios conociera las criaturas en sí mismo, sería principalmente en razón de su omnipotencia; pero esto no puede decirse, luego… La mayor se supone, como es clara sentencia de santo Tomás. La menor se prueba, porque Dios no sabe todas las cosas por ser omnipotente, sino al contrario: es omnipotente porque conoce todas las cosas, pues opera por su ciencia, y por eso por la ciencia es constituido omnipotente. Se confirma porque esos dos se acompañan de tal modo que, argumentando por lugar intrínseco, aunque se fingiera que Dios no fuera omnipotente, no por eso dejaría de conocer todas las cosas; luego no conoce todas las cosas por ser omnipotente; luego conoce todas las cosas por otro motivo que por su esencia conocida como omnipotente.

10. Esta razón, sin embargo, no parece de gran importancia. Primero, porque negamos que Dios sea constituido formalmente omnipotente por la ciencia. Porque, como diremos más adelante, la ciencia no es como un principio *per se* y físico efectivo….de las cosas, sino que es solamente directiva de la acción.
Dos cosas, pues, se consideran en la acción: una es la sustancia de la acción o del efecto, y esta proviene de la virtud físicamente efectiva, que es la omnipotencia. Otra es el modo de la acción, es decir, que sea de modo intelectual y artificioso, y esto proviene de la ciencia. Cuando se dice que Dios conoce todas las cosas en su esencia como omnipotente, se habla de la omnipotencia en cuanto a principio físico, y en cuanto se compara con los efectos según sus esencias o entidades.

11. Por lo cual, en segundo lugar decimos que es verdadera aquella causal: «porque Dios es omnipotente, por eso conoce todas las cosas posibles»; y falsa la otra: «porque conoce todas las cosas, puede hacer todas las cosas» (en el sentido dicho). Ambas cosas constan de lo ya dicho, y constará más claramente a quien lea lo que dije

intelligibilis quam nunc habet. Unde in omni sententia argumentum illud procedit et necessario solvendum est. Nam cum tota omnipotentia Dei in essentia eius, ut talis, tanquam perfecta est, radicetur (nostro modo loquendi), vel potius revera in illa formaliter consistat, negari non potest quin ratio omnipotentiae saltem radicalis et essentialis (nostro concipiendi modo) supponatur ad omnem scientiam creaturarum, vel ut medium cognitum (sicut nos volumus), vel ut possit esse species intelligibilis ad cognoscendum omnia. Et ita potest argumentum contra oppositam sententiam retorqueri.

sobre la potencia efectiva de Dios *ad extra* en la disp. 30 de la *Metaphysica*, sect. última, conclusión 4, que resumiré brevemente al final de este libro.

Por lo cual, aquella proposición hipotética: *Si Dios no fuera omnipotente, conocería todas las cosas no obstante*, se toma gratuitamente y sin prueba, por lo que con la misma facilidad se niega, porque entonces Dios no tendría medio de conocer que no tiene. Además, porque entonces las criaturas no serían posibles (pues repugna que un efecto sea posible si la causa no es posible). Asimismo, porque la esencia divina no contendría eminentemente todas las cosas. De donde, aunque concediéramos que ahora Dios conoce todas las cosas por su esencia inmediatamente, como por una especie inteligible eminente, también este modo de conocer todas las cosas sería entonces imposible para Dios, porque su esencia no tendría la razón de especie inteligible que ahora tiene. Por tanto, en toda sentencia aquel argumento procede y debe ser necesariamente resuelto.

Pues como toda la omnipotencia de Dios se radica en su esencia, en cuanto tal, como perfecta (a nuestro modo de hablar), o más bien realmente consiste formalmente en ella, no se puede negar que la razón de omnipotencia, al menos radical y esencial (a nuestro modo de concebir), se supone para toda ciencia de las criaturas, ya sea como medio conocido (como nosotros queremos), ya sea para que pueda ser especie inteligible para conocer todas las cosas. Y así puede retorcerse el argumento contra la sentencia opuesta.

12. Obiectio. — Alia obiectio fieri potest contra nostram sententiam, quia sequitur Deum cognoscere creaturas quodam virtuali discursu, ex uno aliud inferendo. Nam ex omnipotentia sua possibilitatem creaturarum et essentiam earum cognoscit. Hanc objectionem propono non quia difficilis sit, sed ut... Eius occasione magis explicem dictam sententiam eamque confirmem. Duobus ergo modis intelligi potest consequens illud de virtuali discursu.

Uno, quod ratio discursus sit in Deo proprie ac formaliter, licet in re non sint actus distincti, sed tantum virtualiter; et sic falsum est consequens, et illatio nullius momenti. Quia formalis discursus esse non potest sine vera causalitate unius actus cognoscendi ex alio et vera prioritate saltem naturae, quae in Deo non sunt, nec ex praedicta sententia hae imperfectiones sequuntur, ut per se notum est et statim declarabitur.

Secundo ergo intelligi potest de discursu virtuali, id est, de simplici cognitione quae virtute continet discursum, per emanationem unius cognitionis ex alia secundum nostrum modum concipiendi; et sic sine absurdo ullo vel inconvenienti admitti potest antecedens et sequela, licet necessaria non sit, neque fortasse ita fiat.

12. Objeción. — Otra objeción puede hacerse contra nuestra sentencia, porque se sigue que Dios conoce las criaturas con cierto discurso virtual, infiriendo una cosa de otra. Pues por su omnipotencia conoce la posibilidad de las criaturas y su esencia. Propongo esta objeción no porque sea difícil, sino para con ocasión de esto, explique más ampliamente la mencionada sentencia y la confirme.

El consecuente acerca del discurso virtual puede entenderse de dos modos.

13. Obiectio. — Resolutio. — Nam haec ipsamet cognitio creaturarum potest dupliciter intelligi. Dico primo: quia Deus ex cognitione sui ita transit ad cognitionem creaturarum, ut a nobis possint ibi concipi tanquam duo actus ratione distincti, quorum unus est ratio alterius; ideo virtualis discursus dicitur. Quod non est maius inconveniens quam quod unum attributum sit ratio alterius. Et iuxta hunc modum videtur procedere obiectio facta et prima responsio data.
Alio modo intelligi potest Deus unico et simplicissimo actu intueri se et in se creaturas, ita ut quando actus ille quo se intelligit concipitur a nobis transire ad creaturas, non intelligatur esse quasi novus actus etiam ratione distinctus, sed idem conceptus secundum utrumque terminum quem habet, primarium et secundarium.
Et hic est optimus et verus modus concipiendi in Deo scientiam quam habet de creaturis in se, quia unico complexu simplicissimo (ut Dionysius dixit) videndo suam essentiam videt omnes alias essentias participabiles ab illa, et videndo suam necessitatem essendi videt possibilitatem aliorum entium. Hic ergo modus scientiae est simplicissimus et perfectissimus, carens omni umbra discursus etiam secundum rationem, ut in visione beatifica intelligendum etiam est.
Solet vero obici quia non est tam necessaria possibilitas creaturarum quam est necessaria scientia quam Deus de se habet. Sed de hoc dicam ex professo libro nono *de Trinitate*: pertinet enim ad illum locum. Et in summa, vel potest negari assumptum, vel responderi satis esse quod sit tanta necessitas Ut possit habere necessariam connexionem cum divina existentia, sicut revera habet.

14. Alius modus dicendi. — Venio ad secundum modum quo cogitari potest scientia creaturarum possibilium in Deo, scilicet quod divina essentia intelligatur esse de se eminens species intelligibilis, non solum sui, sed etiam creaturarum. Nam sui esse potest

Primero: que la razón de discurso exista en Dios propiamente y formalmente, aunque en la realidad no haya actos distintos, sino solo virtualmente. En este caso, el consecuente es falso y la inferencia carece de fuerza. Porque no puede haber discurso formal sin una verdadera causalidad de un acto cognoscitivo respecto de otro y una verdadera prioridad al menos de naturaleza, cosas que no se dan en Dios, ni se siguen tales imperfecciones de la sentencia antes expuesta, como es evidente por sí mismo y se declarará enseguida.
Segundo: puede entenderse de un discurso virtual, es decir, de un conocimiento simple que virtualmente contiene el discurso, por la emanación de un conocimiento desde otro según nuestro modo de concebir. Y así, sin absurdo alguno ni inconveniente, puede admitirse el antecedente y la consecuencia, aunque no sea necesaria, ni quizá ocurra de esa manera.

13. Objeción. — Resolución. — Pues este mismo conocimiento de las criaturas puede entenderse de dos modos.
Digo, en primer lugar: porque Dios, partiendo del conocimiento de sí mismo, pasa al conocimiento de las criaturas de tal manera que nosotros podemos concebir allí como dos actos distintos según razón, de los cuales uno es razón del otro; por eso se llama discurso virtual. Lo cual no es mayor inconveniente que el que un atributo sea razón de otro. Y según este modo parece proceder la objeción hecha y la primera respuesta dada.
De otro modo puede entenderse que Dios, con un único y simplicísimo acto, se intuye a sí mismo y en sí mismo a las criaturas, de tal manera que cuando concebimos que aquel acto por el que se entiende a sí mismo pasa a las criaturas, no se entienda como un nuevo acto distinto incluso según razón, sino como un mismo concepto según ambos términos que posee: el primario y el secundario.
Y este es el modo óptimo y verdadero de concebir en Dios la ciencia que tiene de las criaturas en sí mismo, porque con un único y simplicísimo complejo (como dijo

Dionisio), viendo su esencia ve todas las demás esencias participables por ella, y viendo su necesidad de ser ve la posibilidad de los demás entes.

Este modo de ciencia es, por tanto, simplicísimo y perfectísimo, carente de toda sombra de discurso, incluso según razón, como también debe entenderse en la visión beatífica.

Suele objetarse que la posibilidad de las criaturas no es tan necesaria como es necesaria la ciencia que Dios tiene de sí mismo. Pero de esto trataré ex profeso en el libro noveno *de Trinitate*, pues pertenece a aquel lugar. Y en resumen, o puede negarse lo asumido, o responderse que basta con que haya tanta necesidad de modo que pueda tener una conexión necesaria con la existencia divina, como realmente la tiene.

14. Otro modo de hablar. — Paso ahora al segundo modo en que puede pensarse la ciencia de las criaturas posibles en Dios, a saber: que la esencia divina se entienda como una especie inteligible eminente de por sí, no solo de sí misma, sino también de las criaturas. Pues de sí misma puede ser principio para conocerse a sí misma, en cuanto es idéntica consigo realmente y formalmente, y es un objeto sumamente inteligible en acto. De las criaturas, en cambio, puede ser especie inteligible virtual, en cuanto las contiene a todas virtual y eminentemente.

Así pues, el intelecto divino, constituido en acto primero de entender (a nuestro modo de concebir), así como por los principios de aquella cosa procede directamente al conocimiento de sí mismo, también (según esta sentencia que explicamos) procede directamente al conocimiento de las criaturas, terminando inmediatamente su ciencia, en cuanto a esta parte (por así decirlo), en las esencias y existencias posibles de las criaturas. Y así, por esta ciencia se dirá que conoce las criaturas en sí mismo, porque por sí mismo tiene todos los principios necesarios para conocerlas, y porque es el mismo entender de ellas; no porque las conozca en sí mismo como en su causa. Y, consiguientemente (según esta opinión), el objeto

principium se cognoscendi, quatenus est idem secum realiter et formaliter, et est obiectum summe intelligibile in actu. Creaturarum vero potest esse virtualis species intelligibilis, quatenus eas omnes virtute et eminenter continet. Sic ergo intellectus divinus constitutus in actu primo intelligendi (nostro concipiendi modo), sicut ex rei illius principiis prodit directe in cognitionem sui, ita etiam (iuxta hanc sententiam quam explicamus) prodit directe in cognitionem creaturarum, immediate terminando suam scientiam quoad hanc partem (ut sic dicam) ad essentias et existentias possibiles creaturarum. Et sic per hanc scientiam dicetur cognoscere creaturas in se, quia per se ipsum habet omnia principia necessaria ad cognoscendum illas, et quia est ipsummet intelligere illarum; non quia in se ut in causa illas cognoscat. Et consequenter (iuxta hanc opinionem) adaequatum obiectum talis scientiae Dei sunt Deus et creaturae possibiles. Et licet Deus sit prius cognitione et actualitate et fortasse etiam necessitate, tamen non est proprie obiectum primarium, ita ut sit alteri obiecto partiali ratio cognoscendi, sed sub ea ratione quasi ad aequalitatem seu concomitanter se habet. Ita videtur hanc scientiam explicare Scotus in 1, dist. 35, quaest. 1, § *Ad ista*, et sequuntur Ochamus, Gabriel et Aureolus.

15. Rationes quae ab his auctoribus pro hac sententia afferuntur solum eo tendunt ut probent Deum non ita cognoscere creaturas in se quin Dei cognitio vere terminetur ad illas secundum proprias et formales ac singulares rationes earum. Quod in omni opinione certum est, et controversia quoad hoc inter hos auctores et thomistas est de nomine. Ex illis ergo rationibus non potest probari ille modus cognoscendi creaturas prout explicatus est, quia etiam priori modo cognoscuntur creaturae secundum proprias rationes suas. Duobus ergo modis potest haec sententia intelligi: primo, affirmando

hunc modum ut prior excludatur, et sic non invenio novam probationem alicuius momenti. Secundo, adiungendo hunc scientiae modum priori, quia non est necessarium ut hoc posito excludatur alius iam explicatus. Quia... Una et eadem res potest duobus modis cognosci, sicut beati vident creaturas in Verbo et habent scientiam earum in proprio genere. Ita ergo potest intelligi Deus habere quasi duplicem scientiam creaturarum ratione distinctam: unam in se et per se tanquam per medium cognitum, aliam immediate de illis per suam essentiam, tanquam per rationem cognoscendi conceptam a nobis, sive per modum speciei sive per modum ipsiusmet actus intelligendi. Unde ulterius, si hoc non repugnat nec ponit imperfectionem in Deo, non est cur ei denegetur, quia videtur pertinere ad maiorem perfectionem quasi extensivam.

adecuado de tal ciencia de Dios son Dios y las criaturas posibles. Y aunque Dios sea anterior en conocimiento, en actualidad y quizá también en necesidad, sin embargo no es propiamente objeto primario, de modo que sea razón de conocer para otro objeto parcial, sino que bajo esa razón se comporta como a igualdad o concomitantemente.

Así parece explicar esta ciencia Escoto en 1, dist. 35, quaest. 1, § *Ad ista*, y le siguen Ockham, Gabriel y Aureolo.

16. Haec sententia sic exposita non caret probabilitate, nec habet inconveniens propter quod oporteat multum cum auctoribus eius contendere. Nihilominus tamen divus Thomas ubique non solum docet priorem modum cognoscendi esse verum, sed etiam excludit hunc secundum, et maxime in primo *Contra Gentes*, cap. 48, ubi ex professo probat non posse dari in Deo hanc duplicem cognitionem creaturarum, sed primam tantum. Et licet rationes non sint evidentes, sunt satis verisimiles, ut ibi videri potest. Unde Caietanus et alii supra citati in prima sententia, in hoc sensu illam defendunt, et mihi etiam magis probatur.

Primo, quia non oportet multiplicare scientias, etiam secundum rationem, sine necessitate; hic vero nulla est necessitas. Imo potest habere incommodum. Quia illa duplex scientia non sequitur ex perfectione Dei, nec ponit in illo perfectionem simpliciter. Probatur prior pars, quia ex eo quod Deus comprehendat se et quidquid in ipso est et per ipsum cognosci potest, non sequitur in ipso

15. Las razones que estos autores aducen en favor de esta sentencia solo tienden a probar que Dios no conoce las criaturas en sí de tal manera que su conocimiento no se termine verdaderamente en ellas según sus propias, formales y singulares razones. Lo cual es cierto en toda opinión, y la controversia entre estos autores y los tomistas, en este punto, es más bien de nombre.

Por tanto, de aquellas razones no puede probarse aquel modo de conocer las criaturas tal como ha sido explicado, porque también en el modo anterior se conocen las criaturas según sus propias razones. Esta sentencia, pues, puede entenderse de dos modos: primero, afirmando este modo de manera que se excluya el anterior, y así no encuentro nueva prueba de importancia. Segundo, añadiendo este modo de ciencia al anterior, porque no es necesario que, puesto este, se excluya el otro ya explicado. Porque una y la misma cosa puede ser conocida de dos modos, como los bienaventurados ven las criaturas en el Verbo y tienen ciencia de ellas en su propio género. Así pues, puede entenderse que Dios tiene como una doble ciencia de las criaturas, distinta según razón: una en sí y por sí mismo, como por medio conocido; otra inmediatamente de ellas por su esencia, como por razón de conocer, concebida por nosotros, ya sea a modo de especie, ya sea a modo del mismo acto de entender. Por lo cual, ulteriormente, si esto no repugna ni pone imperfección en Dios, no hay razón para negárselo,

talis modus scientiae. Posterior vero pars patet, quia modus repraesentandi et concurrendi speciei intelligibilis non pertinet ad perfectionem simpliciter, et ideo non oportet illam tribuere essentiae divinae respectu creaturarum. Scientia etiam quae habet creaturas pro immediato et directo obiecto suo ad quod immediate tendat, non pertinet ad perfectionem simpliciter. Imo videtur a summa perfectione deficere, tum quia talis scientia per se spectata non potest esse omni ex parte perfecta et comprehensiva talium rerum secundum omnem respectum et capacitatem earum tam naturalem quam obedientialem; tum etiam quia talis scientia solet dicere transcendentalem habitudinem ad obiectum suum et ab illo speciem vel rationem aliquo modo sumere.

porque parece pertenecer a una mayor perfección, aunque sea extensiva.

16. Esta sentencia, así expuesta, no carece de probabilidad, ni tiene inconveniente por el cual sea necesario contender mucho con sus autores. Sin embargo, santo Tomás en todas partes no solo enseña que el primer modo de conocer es verdadero, sino que también excluye este segundo, y especialmente en el primer libro *Contra Gentes*, cap. 48, donde ex profeso prueba que no puede darse en Dios esta doble cognición de las criaturas, sino solo la primera. Y aunque las razones no sean evidentes, son bastante verosímiles, como puede verse allí. Por eso Cayetano y otros citados arriba defienden la primera sentencia en este sentido, y a mí también me parece más probable.

Primero, porque no conviene multiplicar las ciencias, ni siquiera según razón, sin necesidad; y aquí no hay ninguna necesidad. Más aún, puede tener inconveniente. Porque esa doble ciencia no se sigue de la perfección de Dios, ni pone en Él perfección simpliciter. Se prueba la primera parte, porque de que Dios se comprenda a sí mismo y todo cuanto hay en Él y por Él puede ser conocido, no se sigue en Él tal modo de ciencia. La parte posterior es clara, porque el modo de representar y concurrir de la especie inteligible no pertenece a la perfección simpliciter, y por eso no conviene atribuírselo a la esencia divina respecto de las criaturas. Tampoco la ciencia que tiene a las criaturas como objeto inmediato y directo al que tiende inmediatamente pertenece a la perfección simpliciter. Más aún, parece que desmerece de la suma perfección, tanto porque tal ciencia, considerada en sí misma, no puede ser perfecta en todas sus partes y comprensiva de tales cosas según todo respecto y capacidad de ellas, tanto natural como obedencial; como también porque tal ciencia suele implicar una relación transcendental a su objeto y tomar de él, de algún modo, la especie o razón.

17. Dici vero potest perfectionem divinae scientiae in hoc consistere, quod divina essentia Eo ipso quod primario repraesentat se, inde habet posse repraesentare et formaliter facere cognoscere creaturas, non tantum in Deo cognito, sed directe in se ipsis. Neque illi scientiae per hunc posteriorem respectum intelligitur addi perfectio aliqua realis, quia scientia illa intelligitur esse scientia creaturarum possibilium, et non esset in Deo nisi creaturae essent possibiles. Nulla autem perfectio realis deesset Deo, etiam si creaturae possibiles non essent.

Solum ergo repraesentat eas ex absolutissima perfectione quam habet in eo quod se ipsam intellectualiter repraesentat. Unde non posset sic repraesentare creaturas, nisi prius secundum rationem intelligeretur repraesentare se ipsam; et nihilominus secundum hanc considerationem non repraesentat illas mediante divina essentia ut medio cognito, sed immediate in se ipsis. Et ita cessant obiectiones, quia talis modus repraesentandi, licet sit directe talis obiecti creati respectu illius scientiae ut est sub illo respectu, non vero respectu illius secundum suam realem

perfectionem, nec commensuratur illi, sed est altioris ordinis. Declararique hoc potest, quia ita philosophamur de scientia visionis comparata ad scientiam simplicis intelligentiae, ut infra videbimus.

18. Haec vero responsio et consideratio imprimis non suadet hunc modum sciendi creaturas Deo sufficere (ut quidam intendunt), quia illo solo modo non satis explicatur quo modo illa scientia sit omnino comprehensiva Dei et creaturarum secundum omnes respectus, quia inter illa extrema intelligi possunt, neque etiam est per supremum medium et causam per quam esse potest. Et quod mihi difficilius est et maxime movet: auget sine necessitate obscurissimam quamdam theologicam difficultatem circa divinam scientiam et voluntatem, quomodo scilicet terminetur ad obiecta creata contingenter seu libere, sine ulla reali modificatione seu perfectione addita ipsi Deo (secundum nostrum modum intelligendi). Haec vero sententia addit idem reperiri in scientia necessaria creaturarum, etiam si nec illam habeat Deus sciendo se ipsum, nec tanta necessitate quanta se cognoscit. Quod sane mente capi non potest.
Unde cum neque fides illud doceat, nec pertineat ad perfectionem scientiae divinae, ut ostendimus, non putamus esse credendum.

19. Et declaratur exemplo adducto de scientia visionis; illa enim supponit in Deo scientiam earumdem rerum ut possibilium, et ideo mirum non est quod possit easdem repraesentare futuras sine augmento reali suo, etiam secundum perfectionem aliquam realem ratione distinctam. Quia in re actu existente revera nihil reale est quod non prius fuerit possibile. At vero scientia simplicis intelligentiae creaturarum solum supponit scientiam repraesentantem essentiam divinam secundum suum esse increatum, ut supponitur, et consequenter ex vi huius

17. Puede decirse, sin embargo, que la perfección de la ciencia divina consiste en esto: que la esencia divina por el mismo hecho de que primaria y principalmente se representa a sí misma, de ahí le viene el poder representar y hacer conocer formalmente a las criaturas, no solo en Dios conocido, sino directamente en sí mismas. Y a aquella ciencia, bajo este segundo respecto, no se le entiende que se añada perfección real alguna, porque esa ciencia se entiende como ciencia de las criaturas posibles, y no existiría en Dios si las criaturas no fueran posibles. Ninguna perfección real le faltaría a Dios, aunque las criaturas posibles no existieran.
Por tanto, solo las representa en virtud de la perfección absolutísima que tiene en el hecho de representarse intelectualmente a sí misma. De donde no podría representar así a las criaturas si antes, según razón, no se entendiera que se representa a sí misma. Y sin embargo, según esta consideración, no las representa mediante la esencia divina como medio conocido, sino inmediatamente en sí mismas. Y así cesan las objeciones, porque tal modo de representar, aunque sea directamente de tal objeto creado respecto de aquella ciencia en cuanto está bajo ese respecto, no lo es respecto de ella según su real perfección, ni se le acomoda a ella, sino que es de un orden superior. Y esto puede declararse porque así razonamos acerca de la ciencia de visión comparada con la ciencia de simple inteligencia, como veremos más adelante.

18. Esta respuesta y consideración, sin embargo, en primer lugar no persuade de que este modo de conocer las criaturas sea suficiente para Dios (como algunos pretenden), porque solo de ese modo no se explica suficientemente cómo aquella ciencia es completamente comprensiva de Dios y de las criaturas según todos los respectos, ni tampoco se da por el supremo medio y causa por el cual puede ser. Y lo que a mí me resulta más difícil y más me mueve es que aumenta sin necesidad una oscurísima dificultad teológica acerca de la ciencia y

repraesentationis non habet connexionem necessariam aut per se cum repraesentatione creaturarum, nec est quasi imago intentionalis earum. Quomodo ergo intelligi potest quod intelligatur extendi ad repraesentandas illas, et ut sit idea vel exemplar intellectuale earum, sine ulla reali perfectione ratione distincta a priori?

Et praeterea, si haec repraesentatio creaturarum nullo modo oritur ex repraesentatione prioris obiecti, nec est per se connexa cum illa quantum est ex parte obiectorum, gratis et sine ratione dicitur esse ita dependens a priori, quod non posset illa scientia intelligi repraesentans creaturas nisi prius repraesentet Deum. Haec autem difficultas cessat in nostra sententia, qua ponimus connexionem per se ex parte obiectorum, et ideo non intelligimus repraesentationem creaturarum in illa scientia per modum extensionis et quasi additionis etiam secundum rationem, sed intelligimus unicam et indivisibilem repraesentationem Dei, ita connexam cum repraesentatione creaturarum possibilium ut non possit esse sine illa, ac subinde aequali necessitate et quasi habitudine tendentem ad utrumque obiectum per modum unius, licet cum subordinatione primarii et secundarii obiecti.

Posito hoc modo sciendi creaturas, impertinens est adiungere alium, per concomitantiam; etiam rationes factae in illo procedunt, quia revera modus ille ex suo genere non est omnino perfectus et comprehensivus, nec ad perfectionem divinae essentiae spectat ut illo modo se habeat tanquam species intelligibilis respectu creaturarum.

20. Alius modus cognoscendi. — Circa tertium modum cognoscendi creaturas in ideis divinis seu in ipsamet scientia. Imprimis, si quis recte advertat, non potest illa esse veluti prima et directa scientia quam Deus habet de creaturis, sed ad summum quasi reflexa. Hic autem

voluntad divinas: a saber, cómo se terminan a objetos creados de modo contingente o libre, sin ninguna modificación real ni perfección añadida al mismo Dios (según nuestro modo de entender). Esta sentencia añade que lo mismo se encuentra en la ciencia necesaria de las criaturas, aunque Dios no la tenga conociéndose a sí mismo, ni con tanta necesidad como se conoce a sí mismo. Lo cual no puede comprenderse con sana mente.

Por lo cual, como ni la fe lo enseña, ni pertenece a la perfección de la ciencia divina (como hemos mostrado), no pensamos que deba creerse.

19. Y se declara con el ejemplo aducido de la ciencia de visión: pues aquella supone en Dios la ciencia de las mismas cosas como posibles, y por eso no es de extrañar que pueda representar las mismas cosas como futuras sin aumento real suyo, incluso según alguna perfección real distinta según razón. Porque en la cosa actualmente existente, en realidad nada real hay que no haya sido antes posible. Pero la ciencia de simple inteligencia de las criaturas solo supone una ciencia que representa la esencia divina según su ser increado, como se supone, y consiguientemente, en virtud de esta representación, no tiene conexión necesaria o *per se* con la representación de las criaturas, ni es como una imagen intencional de ellas. ¿Cómo, pues, puede entenderse que se extienda a representarlas y que sea idea o ejemplar intelectual de ellas, sin ninguna perfección real distinta según razón *a priori*?

Y además, si esta representación de las criaturas de ningún modo surge de la representación del objeto anterior, ni está *per se* conectada con ella en cuanto a los objetos, gratuitamente y sin razón se dice que depende de tal modo del primero que aquella ciencia no podría entenderse como representante de las criaturas si antes no representa a Dios. Esta dificultad, sin embargo, cesa en nuestra sentencia, en la que ponemos una conexión *per se* por parte de los objetos, y por eso no entendemos la representación de las criaturas en aquella ciencia a modo de extensión y como de adición incluso según razón, sino que

inquiremus quomodo intelligendum sit formare Deum (ut sic loquar) primam notitiam seu conceptum et quasi verbum creaturarum (extendendo nomen verbi ad intellectionem essentialem, ad rem explicandam). Deinde, quod Deus, habendo in se verbum creaturarum, simul videat se habere tale verbum et per illudrRepresentari creaturas facillimum est; tamen supponendum necessario est Deum prodire prius secundum rationem in actualem scientiam et cognitionem creaturarum, eas in se directe concipiendo et repraesentando. Et haec est propria scientia, de qua D. Thomas et theologi tractant, quia illa posita, altera quasi reflexa est extrinseca Deo respectu omnium quae cognoscit, ratione suae eminentissimae perfectionis, ex qua habet ut, dum sunt aliquid, tam perfecte et expresse sciat suam essentiam et repraesentationem eius, sicut obiectum cognitum. Et ita Deus cognoscendo creaturas scit se cognoscere illas, sicut cognoscendo se scit etiam se habere scientiam sui.

Hic ergo modus reflexionis non constituit peculiarem modum cognoscendi creaturas in se, praesertim quia repraesentatio verbi non est obiectiva, ut supra de visione beatifica dixi. Est ergo haec solum quaedam reflexio intime inclusa in priori scientia propter perfectum modum cognoscendi Dei.

21. Supererat hoc loco dicendum quomodo creaturae possibiles terminent cognitionem Dei, vel quod esse habere intelligantur ut illam scientiam terminare possint. Sed haec quaestio metaphysica est, quam attigi disp. 30 *Metaphysicae*, sect. 15, n. 27, et late tractavi disp. 34, sect. 2. Ideo breviter dicitur nullum esse reale, verum et actuale poni in creaturis sic cognitis, sed tantum esse possibile, quod ab aeterno non est actu nisi in potentia Dei, esse autem in tempore in se ipso per actionem eiusdem potentiae Dei. Et hoc est satis ut per ipsam scientiam ita cognoscatur ut in

entendemos una única e indivisible representación de Dios, tan conexa con la representación de las criaturas posibles que no puede existir sin ella, y por consiguiente con igual necesidad y como con igual tendencia a ambos objetos a modo de uno solo, aunque con subordinación de objeto primario y secundario.

Una vez admitido este modo de conocer las criaturas, es impertinente añadir otro por concomitancia. También las razones hechas en aquel modo proceden, porque en realidad aquel modo, por su género, no es del todo perfecto y comprensivo, ni corresponde a la perfección de la esencia divina el comportarse de ese modo como especie inteligible respecto de las criaturas.

20. Otro modo de conocer. — Acerca del tercer modo de conocer las criaturas en las ideas divinas o en la misma ciencia. En primer lugar, si alguien advierte rectamente, esta no puede ser como la primera y directa ciencia que Dios tiene de las criaturas, sino a lo sumo como refleja. Aquí, sin embargo, indagaremos cómo debe entenderse que Dios forme (por así decirlo) la primera noticia o concepto y como verbo de las criaturas (extendiendo el nombre de verbo a la intelección esencial, para explicar la cosa). Luego, que Dios, teniendo en sí el verbo de las criaturas, vea al mismo tiempo que tiene tal verbo y por medio de él es muy fácil que las criaturas sean representadas; sin embargo, hay que suponer necesariamente que Dios procede primero según razón a la ciencia y conocimiento actual de las criaturas, concibiéndolas y representándolas directamente en sí mismo. Y esta es la ciencia propia de la que tratan santo Tomás y los teólogos, porque, puesta esta, la otra, casi refleja, es extrínseca a Dios respecto de todo lo que conoce, en razón de su eminentísima perfección, de la cual tiene que, mientras son algo, conozca tan perfecta y expresamente su esencia y su representación como el objeto conocido. Y así, Dios conociendo las criaturas sabe que las conoce, como conociéndose a sí mismo sabe también que tiene ciencia de sí.

se obiective terminet cognitionem Dei. Et hoc modo declarat hanc scientiam D. Thomas, dicta quaest. 15, art. 9, ubi vocat illam *scientiam non entium*, de qua appellatione aliquid capite sequenti addemus.

CAPUT III.

DE SCIENTIA QUAM DEUS HABET DE CREATURIS ALIQUANDO FUTURIS SEU EXISTENTIBUS.

1. Deum cognoscere clare et distincte creaturas omnes quae sunt, vel fuerunt, vel erunt. — In hoc capite brevissime comprehendam cetera omnia quae de hac scientia Dei tractari solent, quia vel facilia sunt, vel in aliis locis a nobis sufficienter pro captu nostro tractata, quae loca hic designabo, quia eadem hic repetere non videtur necessarium. Primo ergo certum est de fide Deum cognoscere distincte... Clare et in particulari creaturas omnes et actiones earum, quae sunt, vel fuerunt, vel erunt in quolibet tempore vel duratione. Veritas haec passim invenitur in Scriptura: Gen. 1: *Vidit Deus cuncta quae fecit*; 2 Paralip. 16: *Oculi Domini contemplantur universam terram*; Hebr. 4: *Omnia nuda et aperta sunt oculis eius*. Et quia maxime videntur abditae hominum cogitationes, frequenter dicitur has etiam nosse Deum: Prov. 24 dicitur *Inspector cordis*, etc.; et cap. 16: *Omnes viae hominis patent oculis eius*; 1 Ioan. 3: *Maior est Deus corde nostro et novit omnia*; Ierem. 17: *Pravum est cor hominis et inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego Dominus*. Et quod haec scientia sit distinctissima et in particulari patet ex illo Psalmo 32: *Qui fingit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum*; et Matth. 6 et 10, ubi Christus commendat Dei providentiam circa res minutissimas.

2. Unde ratio *a posteriori* sumitur ex rerum effectione et gubernatione ac providentia: non enim posset Deus

Este modo de reflexión, por tanto, no constituye un modo peculiar de conocer las criaturas en sí, sobre todo porque la representación del verbo no es objetiva, como dije arriba al hablar de la visión beatífica. Es, pues, solamente una cierta reflexión íntimamente incluida en la ciencia anterior, a causa del modo perfecto de conocer de Dios.

21. Quedaba por decir en este lugar cómo las criaturas posibles terminan la cognición de Dios, o qué ser se entiende que tienen para poder terminar aquella ciencia. Pero esta es una cuestión metafísica, que toqué en la disp. 30 de la *Metaphysica*, sect. 15, n. 27, y traté ampliamente en la disp. 34, sect. 2. Por eso se dice brevemente que no se pone ningún ser real, verdadero y actual en las criaturas así conocidas, sino solo un ser posible, que desde la eternidad no existe en acto sino en la potencia de Dios, y que existe en el tiempo en sí mismo por la acción de esa misma potencia divina. Y esto basta para que por la misma ciencia sea conocida de tal modo que termine objetivamente en sí la cognición de Dios. Y de este modo declara esta ciencia santo Tomás en la citada quaest. 15, art. 9, donde la llama *ciencia de los no entes*, sobre cuya denominación añadiremos algo en el capítulo siguiente.

CAPÍTULO III

DE LA CIENCIA QUE DIOS TIENE DE LAS CRIATURAS QUE EN ALGÚN MOMENTO SERÁN FUTURAS O EXISTENTES

1. Que Dios conoce clara y distintamente todas las criaturas que son, fueron o serán. — En este capítulo resumiré muy brevemente todo lo demás que suele tratarse acerca de esta ciencia de Dios, porque o bien son cosas fáciles, o bien han sido tratadas por nosotros suficientemente en otros lugares según nuestra capacidad, lugares que aquí indicaré, porque no parece necesario repetir aquí lo mismo.

omnia efficere et omnibus in particulari providere, nisi ea cognosceret. Ratio autem *a priori* sumitur ex infinitate Dei in omni genere, item quia omnia etiam individua et minutissima quaeque in se continet, et ideo omnia etiam intuere potest. Quas rationes et alias latius tractavimus in disp. 30 *Metaphysicae*, sect. 15, n. 28 et seqq. Et a num. 40 errorem philosophorum circa hoc refutavimus et ab illo longe abesse Aristotelem ostendimus.

3. Explicatur D. Hieronymus. — Ibi vero breviter et per occasionem quemdam Hieronymi locum tractavi, quem hic luculentius exponere necessarium iudico. Quia licet a prioribus theologis satis tractatus sit et expositus, non obstantibus expositionibus a veteribus datis, non desunt novi theologi qui affirmare audeant Hieronymum ibi errasse, licet errorem alibi correxerit. Igitur Abacuc 1 sic ait Hieronymus: *Absurdum est ad hoc deducere divinam maiestatem, ut sciat per momenta singula quod nascantur culices, quodve moriantur*.

Si autem contextus et occasio verborum illorum attendatur, certissime, ut opinor, constare poterit sensum Hieronymi alienum esse ab omni errore. Nam imprimis ibi non agit de Dei scientia quasi speculativa tantum, sed de providentia, de qua etiam tractabat Propheta. Quod ipse satis declarat sequentibus verbis: *Non sumus tam fatui adulatores Dei, ut dum potentiam eius etiam ad ima distrahimus, in nosmetipsos iniuriosi simus, eamdem rationabilium et irrationabilium providentiam esse dicentes*. Ait ergo de providentia, et solum intendit non ita curare Deum vilia et irrationalia, secundum se spectata, sicut curat humana. Quomodo etiam dixit Paulus: *Numquid de bobus cura est Deo?* (1 Cor. 9). Atque ita exposuit D. Thomas, 1 part., quaest. 22, art. 2 ad 5. Et ad eundem modum dixit ibidem D. Thomas, 1 part., quaest. 23, art. 7, numerum praedestinatorum esse certum, non solum per modum

En primer lugar, es cierto de fe que Dios conoce clara y distintamente todas las criaturas y todas sus acciones, las que son, fueron o serán en cualquier tiempo o duración. Esta verdad se encuentra por doquier en la Escritura: Génesis 1: *Vio Dios todas las cosas que había hecho*; 2 Paralipómenos 16: *Los ojos del Señor contemplan toda la tierra*; Hebreos 4: *Todas las cosas están desnudas y patentes a sus ojos*. Y como las cogitaciones de los hombres parecen ser las más ocultas, frecuentemente se dice que también estas las conoce Dios: en Proverbios 24 se le llama *Inspector de los corazones*, etc.; y en el cap. 16: *Todos los caminos del hombre están patentes a sus ojos*; 1 Juan 3: *Mayor es Dios que nuestro corazón y conoce todas las cosas*; Jeremías 17: *Pravum es el corazón del hombre e inescrutable, ¿quién lo conocerá? Yo soy el Señor*. Y que esta ciencia sea distintísima y en particular se ve claro por aquel Salmo 32: *El que forma singularmente los corazones de ellos, el que entiende todas sus obras*; y en Mateo 6 y 10, donde Cristo encomienda la providencia de Dios acerca de las cosas más mínimas.

2. De donde la razón *a posteriori* se toma de la producción, gobierno y providencia de las cosas: pues Dios no podría hacer todas las cosas y proveer a todas en particular si no las conociera. La razón *a priori*, en cambio, se toma de la infinitud de Dios en todo género, y también porque contiene en sí todas las cosas, incluso los individuos y las más mínimas, y por eso también puede intuirlas todas. Estas razones y otras las tratamos más ampliamente en la disp. 30 de la *Metaphysica*, sect. 15, n. 28 y ss. Y a partir del n. 40 refutamos el error de los filósofos sobre este punto y mostramos que Aristóteles estaba muy lejos de él.

3. Se explica a san Jerónimo. — Allí traté brevemente y de paso un pasaje de Jerónimo, que aquí juzgo necesario exponer con mayor claridad. Porque aunque ha sido suficientemente tratado y explicado por los teólogos anteriores, no faltan, a pesar de las exposiciones dadas por los antiguos, nuevos teólogos que se atrevan a afirmar que

cognitionis, sed etiam per modum cuiusdam principalis praedefinitionis; non sic autem omnino esse de numero reproborum, qui videntur esse praeordinati a Deo in bonum electorum.

Eodem ergo sensu ait Hieronymus non praenoscere Deum numerum culicum, vel quot per momenta singula nascantur vel moriantur, utique per modum cuiusdam peculiaris intentionis ac praedestinationis, sed solum quasi per modum cuiusdam permissionis, sinendo causas secundas cursus suos peragere.

4. Et hoc modo ait paulo superius idem Hieronymus: *Sicut igitur in hominibus etiam per singulos currit Dei providentia, sic in ceteris animalibus generalem quidem dispositionem et ordinem cursumque rerum intelligere possumus, verbi gratia, quomodo nascatur piscium multitudo et vivat in aquis, quomodo reptilia et quadrupedia oriantur in terra, et quibus alantur cibis*. In quibus verbis non negat Deum cognoscere haec omnia in particulari, sed potius id supponit, dum ait Deum de piscibus et reptilibus et de eorum cibis ac multitudine habere providentiam, quae omnia sine distincta cognitione et in particulari intelligi non possunt. Cum ergo subdit: *Ceterum absurdum*, etc., satis declarat hoc solum dici ad significandum non esse intelligendam providentiam cum aequalitate, comparatione facta ad homines, nec cum illa singulari cura praeordinativa et praefinitiva quam habet Deus erga homines vel propter homines. Atque ita intellexerunt Hieronymum Hugo de Sancto Victore in *Summa Sent.*, tract. 1, cap. 1, et Magister in 1, dist. 36, art. 4. Imo ipse Hieronymus seipsum tacite ita exponit Matth. 10, cum ex verbis Christi et veritatem universalis et distinctissimae scientiae Dei erga omnes res, et singularitatem providentiae particularis erga homines colligit.

Jerónimo erró allí, aunque corrigió el error en otro lugar. Así pues, en Abacuc 1 dice Jerónimo: *Es absurdo reducir la divina majestad a esto: que sepa en cada momento qué mosquitos nacen y cuáles mueren*.

Pero si se atiende al contexto y ocasión de aquellas palabras, ciertísimamente, según mi opinión, quedará claro que el sentido de Jerónimo está lejos de todo error. Pues en primer lugar no trata allí de la ciencia de Dios como meramente especulativa, sino de la providencia, de la cual también trataba el Profeta. Lo cual él mismo declara suficientemente con las palabras siguientes: *No somos tan necios aduladores de Dios que, mientras extendemos su poder incluso a las cosas más ínfimas, nos hagamos injuria a nosotros mismos diciendo que es la misma la providencia de los racionales y de los irracionales*. Dice, pues, acerca de la providencia, y solo pretende que Dios no cuida de las cosas viles e irracionales, consideradas en sí mismas, del mismo modo que cuida de las humanas. Como también dijo Pablo: *¿Acaso tiene Dios cuidado de los bueyes?* (1 Cor. 9). Y así lo expuso santo Tomás, 1 part., quaest. 22, art. 2 ad 5. Y del mismo modo dijo allí santo Tomás, 1 part., quaest. 23, art. 7, que el número de los predestinados es cierto, no solo por modo de conocimiento, sino también por modo de cierta principal predestinación; pero no es así del todo respecto del número de los reprobos, que parecen estar preordenados por Dios para el bien de los elegidos.

En el mismo sentido, pues, dice Jerónimo que Dios no conoce el número de los mosquitos, o cuántos nacen o mueren en cada momento, al menos por modo de cierta peculiar intención y predestinación, sino solo como por modo de cierta permisión, dejando que las causas segundas sigan su curso.

4. Y de este mismo modo dice un poco antes el mismo Jerónimo: *Así como, pues, en los hombres incluso individualmente corre la providencia de Dios, así en los demás animales podemos entender ciertamente una disposición general, un orden y un curso de las cosas; por*

ejemplo, cómo nace la multitud de los peces y vive en las aguas, cómo nacen los reptiles y cuadrúpedos en la tierra, y con qué alimentos se sustentan. En estas palabras no niega que Dios conozca todas estas cosas en particular, sino que más bien lo supone, cuando dice que Dios tiene providencia acerca de los peces, los reptiles, sus alimentos y su multitud, cosas que no pueden entenderse sin un conocimiento distinto y en particular.

Por eso, cuando añade: *Por lo demás, es absurdo*, etc., declara suficientemente que esto solo se dice para significar que no debe entenderse la providencia con igualdad, haciendo comparación con los hombres, ni con aquella singular cura preordinativa y predefinitiva que Dios tiene respecto de los hombres o en favor de los hombres. Y así entendieron a Jerónimo Hugo de San Víctor en *Summa Sent.*, tract. 1, cap. 1, y el Maestro en 1, dist. 36, art. 4. Más aún, el mismo Jerónimo se explica tácitamente a sí mismo en Mateo 10, cuando de las palabras de Cristo deduce tanto la verdad de la ciencia universal y distintísima de Dios respecto de todas las cosas, como la singularidad de la providencia particular respecto de los hombres.

5. Segunda aserción. — En segundo lugar debe decirse que Dios no solo conoce las cosas mismas, sino también las privaciones y negaciones de ellas. Esto lo enseñó santo Tomás en la citada quaest. 14, art. 9 y 10. Allí enseña de qué modo Dios conoce los no entes y los males. Pero hay que advertir que la negación se entiende de varios modos. **Primero**, de todos los entes que, aunque sean posibles, nunca llegarán a existir. Y sobre el conocimiento de estos en cuanto son posibles, ya hemos hablado suficientemente. Podemos añadir aquí que Dios conoce de estos entes algo por modo de afirmación, como que son posibles, y qué esencia o propiedades exigen o deben tener si llegaran a existir; y algo por modo de negación, como que de ningún modo existen en acto, ni tienen ser real en sí mismos, y que nunca serán futuros. Respecto de los primeros predicados, son conocidos aquí al menos como

5. Secunda assertio. — Secundo dicendum est Deum non tantum scire res ipsas, sed etiam privationes et negationes earum. Hoc docuit D. Thomas, dicta quaest. 14, art. 9 et 10. Ubi hoc modo Deum cognoscere non entia et mala docet. Sed advertendum est negationem variis modis dici posse. Primo, de omnibus entibus quae, licet possibilia sint, nunquam erunt. Et de horum cognitione, ut possibilia sunt, iam satis diximus. Addere vero hic possumus: cognoscere Deum de his entibus aliquid per modum affirmationis, ut quod possibilia sint, et quam essentiam vel proprietates postulent vel habere debeant si fiant; aliquid vero per modum negationis, ut quod nulla nec actu sunt, nec reale esse in se habent, et quod nunquam futura sint. Quoad priora praedicata cognoscuntur hic ut etiam saltem possibilia. Quomodo praescindit illa cognitio ab aliis negationibus, unde haberi potest etiam de his entibus quae aliquando futura sunt. Sic enim dicitur esse in Deo scientia simplicis intelligentiae de omnibus rebus possibilibus, sive futurae sint sive non. Igitur quoad posteriora praedicata cognoscuntur haec obiecta proprie et formaliter ut non entia.

6. Non entia dicuntur omnia quae non existunt. — Secundo dici possunt non entia omnia quae actu non existunt, etiamsi aliquando futura sint. Et hoc modo fuerunt non entia in aeternitate omnia quae sunt extra Deum; et nunc sunt non entia omnia praeterita et futura. Sunt autem entia pro illis temporibus in quibus habent actualem existentiam. Ita enim loquimur de entibus actualibus ac veris. Unde quia Deus haec omnia cognoscit prout habent esse in suis temporibus, ideo dicitur haec omnia cognoscere ut entia per scientiam visionis.

Tamen de his etiam ipsis cognoscit, pro aliis differentiis temporum vel pro ipsa aeternitate, negationem existentiae quam in se ipsis habent, et sub hac ratione etiam cognoscit illa ut

non entia. Imo, si recte attendantur, etiam ut sic cognoscuntur per scientiam visionis, quia illamet negatio non cognoscitur ut possibilis tantum, sed ut actualis modo suo et in ordine ad talem vel talem differentiam temporis. Cuius signum est quia scientia talis negationis supponit voluntatem Dei, quatenus ab illa pendet quod res sit vel non sit in tali differentia temporis.

posibles. De este modo aquella cognición prescinde de otras negaciones, por lo cual puede tenerse también de aquellos entes que en algún momento serán futuros. Pues así se dice que hay en Dios ciencia de simple inteligencia de todas las cosas posibles, sean futuras o no. Por tanto, respecto de los predicados posteriores, estos objetos son conocidos propiamente y formalmente como no entes.

7. **Non entia dicuntur quae nec sunt nec esse possunt.** — Tertio dici possunt non entia quae nec sunt nec esse possunt, quomodo dialectici chimaeram vocant negationem. Et de huiusmodi negatione dubitari potest an cognoscat illam Deus, quia est ens fictum; Deus autem nihil fingit, sed cognoscit unumquodque sicut est.
Tamen D. Thomas, dicto art. 9, ex eodem principio colligit Deum etiam haec cognoscere, quia *cognoscit omnia* (inquit) *quae sunt in potentia* Dei, vel creaturae sive in potentia activa sive in passiva, sive in potentia opinandi vel imaginandi, vel quocumque modo significandi. Quomodo supra, libro primo in fine, et in *Metaphysica*, disputatione ultima, diximus: licet Deus non fabricetur ens rationis nec distinctionem rationis, tamen cognoscit illa prout a nobis cogitari possunt. Ratio vero est quia hoc necessario sequitur ex infinita comprehensione quam Deus habet rerum omnium et potentiarum.

6. No entes se llaman todos los que no existen. — En segundo lugar, pueden llamarse no entes todos los que actualmente no existen, aunque en algún momento vayan a ser. Y de este modo fueron no entes en la eternidad todas las cosas que están fuera de Dios; y ahora son no entes todos los pasados y futuros. Son, sin embargo, entes para aquellos tiempos en los que tienen existencia actual. Pues así hablamos de los entes actuales y verdaderos. Por lo cual, como Dios conoce todas estas cosas según el ser que tienen en sus tiempos, por eso se dice que las conoce a todas como entes por la ciencia de visión.
Sin embargo, también de estas mismas conoce, para otras diferencias de tiempos o para la misma eternidad, la negación de la existencia que tienen en sí mismas, y bajo esta razón también las conoce como no entes. Más aún, si se atiende rectamente, incluso así son conocidas por la ciencia de visión, porque esa misma negación no es conocida como meramente posible, sino como actual a su modo y en orden a tal o cual diferencia de tiempo. Signo de ello es que la ciencia de tal negación supone la voluntad de Dios, en cuanto de ella depende que la cosa sea o no sea en tal diferencia de tiempo.

8. **Duplici modo negatio concipi potest.** — Sed circa modum quo Deus haec cognoscit, est ulterius advertendum duobus modis posse negationem aliquam a nobis cognosci. Uno modo concipiendo illam ad modum cuiusdam simplicis entis; alio modo iudicio quodam compositivo seu potius divisivo, quo iudicamus hoc non esse illud, vel non esse possibile, seu quod idem est, hoc esse ens imaginarium et impossibile.
Deus ergo per se et directe non cognoscit negationem vel privationem primo modo, sicut nec per se fingit alia entia rationis, quia non cognoscit

7. No entes se llaman los que ni son ni pueden ser. — En tercer lugar, pueden llamarse no entes aquellos que ni son ni pueden ser, del modo en que los dialécticos llaman a la quimera negación. Y acerca de tal negación puede dudarse si Dios la conoce, porque es un ente fingido; y Dios nada finge, sino que conoce cada cosa tal como es.
Sin embargo, santo Tomás, en el citado art. 9, partiendo del mismo principio concluye que Dios también conoce

res per analogiam vel proportionem ad alias, sed unumquodque sicut est. Nihilominus tamen cognoscit illa obiecta quatenus ab intellectu humano concipi vel excogitari possunt, quia per hoc cognoscit illas negationes prout esse possunt, saltem obiective, in mente hominis.

At vero posteriori modo videt Deus has negationes per se et ex vi suae cognitionis, seclusa omni compositione et divisione, simpliciter intuendo id quod nos per divisionem indicamus. Nam simpliciter cognoscendo hominem et equum iudicat unum non esse alium; et videndo hominem et visum, videt in homine caeco, verbi gratia, non esse coniuncta, et ita videt illum esse caecum, non affirmando proprie, sed potius negando, id est, videndo unum non esse in alio, et sic de ceteris. Quae omnia in divino intellectu facillima sunt, quia unica quasi specie et unico simplicissimo actu de omnibus iudicat, et ideo omnia quae nos componendo et discurrendo cognoscimus, ipse simplicissimo actu intuetur, ut satis divus Thomas declarat, dicta quaest. 14, art. 14.

9. Quomodo cognoscat Deus mala. — Ex quibus etiam declaratum manet quomodo Deus cognoscat mala, nam quod illa cognoscat necessarium est. Quia mala poenae ipse facit, iuxta illud: *Si est malum in civitate quod non fecerit Dominus* (Amos 3). Quidquid autem a Deo fit, ab ipso cognosci necesse est, ut saepe diximus cum Dionysio, cap. 7 *De Divinis nominibus*.

Unde dicitur Prov. 15: *Infernus et perditio coram Deo*. Sub malis autem poenae comprehendimus etiam mala quae dicuntur peccata naturae, de quibus dicitur Sap. 8: *Novit monstra antequam fiant*. Mala autem culpae, licet non fiant a Deo, tamen et permittit illa et punit vel remittit; unde necesse est ut illa videat, et ideo dicitur Iob 14: *Videns iniquitatem eorum, nonne considerat?* et David Psalmo 50: *Malum coram te feci*.

estas cosas, porque *conoce todas las cosas* (dice) *que están en potencia* de Dios, o de la criatura, ya sea en potencia activa o en pasiva, ya sea en potencia de opinar o de imaginar, o de cualquier otro modo de significar. Como dijimos arriba, al final del libro primero, y en la *Metaphysica*, en la disputación última: aunque Dios no fabrica el ente de razón ni la distinción de razón, sin embargo conoce aquellas cosas tal como pueden ser pensadas por nosotros. La razón es porque esto se sigue necesariamente de la infinita comprensión que Dios tiene de todas las cosas y de todas las potencias.

8. La negación puede concebirse de dos modos. — Pero respecto al modo en que Dios conoce estas cosas, hay que advertir ulteriormente que una negación puede ser conocida por nosotros de dos modos. De un modo, concibiéndola a manera de un cierto ente simple; de otro modo, por un juicio compositivo o más bien divisivo, por el cual juzgamos que esto no es aquello, o que no es posible, o lo que es lo mismo, que esto es un ente imaginario e imposible.

Dios, por tanto, por sí y directamente no conoce la negación o privación del primer modo, como tampoco finge por sí mismo otros entes de razón, porque no conoce las cosas por analogía o proporción a otras, sino cada cosa tal como es. Sin embargo, conoce aquellos objetos en cuanto pueden ser concebidos o pensados por el intelecto humano, porque por esto conoce aquellas negaciones tal como pueden ser, al menos objetivamente, en la mente del hombre.

Pero del segundo modo ve Dios estas negaciones por sí mismo y en virtud de su propia cognición, excluida toda composición y división, intuyendo simplemente aquello que nosotros indicamos por división. Pues conociendo simplemente al hombre y al caballo, juzga que uno no es el otro; y viendo al hombre y a la vista, ve en el hombre ciego, por ejemplo, que no están unidas, y así ve que aquel es ciego, no afirmando propiamente, sino más bien negando, es decir, viendo que una cosa no está en otra, y

así de las demás. Todas estas cosas son facilísimas en el intelecto divino, porque con una sola como especie y con un único y simplicísimo acto juzga de todas las cosas, y por eso todo lo que nosotros conocemos componiendo y discurriendo, Él lo intuye con un simplicísimo acto, como declara suficientemente santo Tomás en la citada quaest. 14, art. 14.

9. De qué modo conoce Dios los males. — De lo cual también queda declarado cómo conoce Dios los males, pues es necesario que los conozca. Porque los males de pena los hace Él mismo, según aquello: *¿Hay mal en la ciudad que no haya hecho el Señor?* (Amós 3). Y todo lo que es hecho por Dios, es necesario que sea conocido por Él, como muchas veces hemos dicho con Dionisio, cap. 7 *De Divinis nominibus*. Por eso se dice en Proverbios 15: *El infierno y la perdición están ante Dios*. Bajo los males de pena comprendemos también los males que se llaman pecados de naturaleza, de los cuales se dice en Sabiduría 8: *Conoce los monstruos antes de que existan*. Los males de culpa, aunque no son hechos por Dios, sin embargo Él los permite, los castiga o los perdona; por lo cual es necesario que los vea, y por eso se dice en Job 14: *¿Acaso no considera viendo sus iniquidades?*, y David en el Salmo 50: *El mal lo hice ante ti*.

Existe, sin embargo, una diferencia entre los males de pena y los de culpa: que los primeros los conoce Dios no solo conociéndolos, sino también aprobándolos, y por eso se dice que los conoce no solo con ciencia de simple noticia, sino también con ciencia de aprobación. Los males de culpa, en cambio, solo los conoce con la primera ciencia, y por eso a veces se dice en la Escritura que no los conoce, no porque los ignore, sino porque no los aprueba. Del mismo modo se dice en Abacuc, capítulo primero: *Puros son tus ojos para no ver el mal*. Entiéndase: aprobándolo. Ningún mal sucede, pues, que se oculte a Dios.

10. El modo de conocerlo, sin embargo, es el que acabamos de declarar, sea de cualquier género de

Intercedit vero differentia inter mala poenae et culpae, quod priora scit Deus non tantum cognoscendo, sed etiam approbando, et ideo dicitur ea scire non tantum scientia simplicis notitiae, sed etiam scientia approbationis. Mala autem culpae tantum priori scientia novit, et ideo interdum in Scriptura dicitur ea nescire, non quia illa ignoret, sed quia non approbat. Quo modo dicitur Abacuc primo capite: *Mundi sunt oculi tui ne videant malum*. Supple: approbando. Nullum ergo malum fit quod Deum lateat.

10. Modus autem cognoscendi illud est quem proxime declaravimus, de quocumque genere negationis. Est enim eadem ratio de privatione, quae solum addit ex parte subiecti capacitatem vel debitum habendi formam qua caret. Unde cognoscendo subiectum et omnem positivam capacitatem eius et omne bonum illi debitum et absentiam eius, cognoscitur malum. Quia iuxta veriorem sententiam malum in privatione debitae bonitatis formaliter consistit, vel si malum morale sit, in carentia rectitudinis debitae tali actui libero, ut latius in 4 p., q. 48, et 1-2 q. 18 et 71 disseritur.

Est autem considerandum, praesertim in peccato et malo morali (licet cum proportione idem in aliis actibus naturaliter malis seu defectuosis, et in aliis privationibus cum proportione inveniri possit), considerandum (inquam) est in actu bono et esse formalem bonitatem quae inhaeret actui, et praeterea esse bonitatem obiecti seu finis ad quem tendit (ut in actu caritatis est bonitas formalis talis actus et est bonitas Dei ad quem tendit ille actus), ex quo fit ut peccatum contrarium sit et bonitati contrarii actus et bonitati ipsius Dei.

11. Dubium. — Resolutio. — Unde quaeri solet an Deus cognoscat malitiam actus cognoscendo suam divinam bonitatem, vel cognoscendo formaliter bonitatem oppositi actus. Omissis autem variis opinionibus,

quia res est facilis, dicendum est proxime et immediate cognosci malum per cognitionem illius formalis bonitatis qua privatur, non per bonitatem obiecti nisi remote. Sicut excitas, verbi gratia proxime non cognoscitur cognoscendo colorem vel lucem, quatenus est obiectum visus, sed cognoscendo visum ipsum, quo caecitas privat. Sic ergo peccatum proxime cognoscitur, quatenus privatur tali rectitudine et bonitate sibi debita. Quia in universum haec est propria et proxima ratio cognoscendi privationem: per oppositum habitum, per quem etiam cognoscitur quomodo actus privetur debito ordine ad finem vel obiectum. Sic ergo Deus etiam cognoscit malitiam, ut D. Thomas aperte docet, dicta quaest. 14, art. 10, et sentiunt communiter theologi in 1, dist. 36, ubi Durandus, q. 1, clarius hoc disputavit. Quia vero Deus cognoscit omnem bonitatem creatam per suam bonitatem essentialem, ideo dicetur Deus per suam bonitatem cognoscere omnem malitiam, quasi remote et radicaliter. Sicut etiam dicitur Deus omnia cognoscere per suam essentiam, et nihilominus per eandem essentiam suam immediatius cognoscit (nostro modo intelligendi) essentiam hominis, quam passiones eius, quas per hominis essentiam proxime cognoscit. Atque ita est intelligendus Dionysius, cap. 7 *De Divinis nominibus*.

12. Deum non solum cognoscere veritatem, sed etiam falsitatem. — Et iuxta haec possumus cum proportione inferre Deum non solum cognoscere veritatem, sed etiam falsitatem. Nam sicut cognoscit peccatum voluntatis, ita etiam errores intellectus et falsas opiniones hominum; unde necesse est ut falsitatem cognoscat, licet falsitatem in se habere non possit, sicut cognoscit mala, licet non possit in se habere malitiam. Licet ergo in divino intellectu formaliter non sit falsitas, sed tantum veritas, obiective tamen cadit suo modo sub scientiam Dei, ut ostensum est.

negación. Pues la misma razón vale para la privación, que solo añade por parte del sujeto la capacidad o el deber de tener la forma de la que carece. Por lo cual, conociendo el sujeto y toda su capacidad positiva, y todo el bien que le es debido y su ausencia, se conoce el mal. Porque según la sentencia más verdadera, el mal consiste formalmente en la privación de la debida bondad; o si se trata del mal moral, en la carencia de la rectitud debida a tal acto libre, como se trata más ampliamente en 4 p., q. 48, y 1-2 q. 18 y 71.

Hay que considerar, especialmente en el pecado y en el mal moral (aunque con proporción se pueda encontrar lo mismo en otros actos naturalmente malos o defectuosos, y en otras privaciones), hay que considerar (digo) que en el acto bueno hay una bondad formal que inherente al acto, y además hay una bondad del objeto o fin al que tiende (como en el acto de caridad hay bondad formal de tal acto y hay bondad de Dios al que tiende aquel acto), de donde resulta que el pecado contrario se opone tanto a la bondad del acto contrario como a la bondad del mismo Dios.

11. Duda. — Resolución. — De aquí se suele preguntar si Dios conoce la malicia del acto conociendo su divina bondad, o conociendo formalmente la bondad del acto opuesto. Omitidas las diversas opiniones, como la cuestión es fácil, debe decirse que el mal se conoce próxima e inmediatamente por el conocimiento de aquella bondad formal de la que se ve privado, y no por la bondad del objeto sino remotamente. Como, por ejemplo, proximamente no se conoce conociendo el color o la luz en cuanto es objeto de la vista, sino conociendo la misma vista, de la cual la ceguera priva. Así pues, el pecado se conoce próximamente en cuanto se ve privado de tal rectitud y bondad que le es debida. Porque en general esta es la razón propia y próxima de conocer la privación: por el hábito opuesto, por el cual también se conoce de qué modo el acto se ve privado del orden debido al fin o al objeto.

De este modo, pues, conoce Dios también la malicia, como abiertamente enseña santo Tomás en la citada quaest. 14, art. 10, y opinan comúnmente los teólogos en 1, dist. 36, donde Durando, q. 1, disputó esto con mayor claridad. Y porque Dios conoce toda bondad creada por su bondad esencial, por eso se dice que Dios por su bondad conoce toda malicia, aunque sea de modo remoto y radical. Así como también se dice que Dios conoce todas las cosas por su esencia, y sin embargo por esa misma esencia conoce más inmediatamente (a nuestro modo de entender) la esencia del hombre que sus pasiones, las cuales conoce próximamente por la esencia del hombre. Y así debe entenderse a Dionisio, cap. 7 *De Divinis nominibus*.

12. Que Dios no solo conoce la verdad, sino también la falsedad. — Y según esto podemos inferir con proporción que Dios no solo conoce la verdad, sino también la falsedad. Pues así como conoce el pecado de la voluntad, así también los errores del intelecto y las falsas opiniones de los hombres; de donde es necesario que conozca la falsedad, aunque no pueda tener falsedad en sí mismo, como conoce los males aunque no pueda tener malicia en sí. Aunque, por tanto, en el intelecto divino no haya formalmente falsedad, sino solo verdad, sin embargo objetivamente cae bajo la ciencia de Dios a su modo, como se ha mostrado.

13. Tercera aserción. — Digo en tercer lugar: todo ente creado que Dios conoce como ente real existente en alguna diferencia de tiempo o duración real, simultáneamente lo conoce desde la eternidad. Por lo cual también lo conoce en la eternidad y perpetuamente. Es una aserción certísima. Pues expresamente se encuentra en la Escritura: Daniel 13: *Dios eterno, que conoces todas las cosas antes de que sucedan*; Sabiduría 8: *Conoce lo pasado y conjetura lo futuro*; Eclesiástico 23; Juan 18; Éxodo 3; Deuteronomio 1, etc.

13. Tertia assertio. — Dico tertio: omne ens creatum, quod Deus cognoscit tanquam ens reale existens in aliqua differentia temporis seu duratione reali, simul ex aeternitate cognoscit. Unde etiam in aeternum ac perpetuo illud cognoscit. Certissima est assertio. Expresse enim habetur in Scriptura: Daniel 13: *Deus aeterne, qui nosti omnia antequam fiant*; Sap. 8: *Scit praeterita et de futuris aestimat*; Eccli. 23; Ioan. 18; Exod. 3; Deut. 1, etc.

Ratio autem est, quia divina cognitio est infinita, et ideo uno intuitu omnem veritatem cognoscibilem comprehendit. Est etiam illa cognitio aeterna, et ideo omnia tempora complectitur, et in ea secundum se nec futurum est nec praeteritum, ideoque semper eodem modo omnia intuetur.

14. Alia proprietas scientiae Dei. — Unde colligitur alia proprietas illius scientiae, nimirum esse prorsus immutabilem et invariabilem, etiam prout terminatur ad obiecta maxime mutabilia et variabilia. Quod docet D. Thomas, dicta quaest. 14, art. 15. Et est certum ex supra dictis de immutabilitate et aeternitate Dei. Et ex hac proprietate confirmatur assertio tertia, nam si divina scientia est invariabilis, ergo quod semel novit, semper ac perpetuo novit.

15. Solet vero obici primo, quia Deus scit nunc Antichristum futurum, et cum viderit praesentem iam non cognoscit illum esse futurum; et nunc cognoscit non esse Adam, quem aliquando esse novit. Sed hoc pertinet solum ad modum loquendi, et facile solvitur advertendo quod supra dixi: in Deo secundum se, seu in aeternitate eius, non esse praeteritum neque futurum, sed solum per denominationem extrinsecam temporum illico existentium.

Ita ergo si consideremus scientiam Dei in sua aeternitate, nihil in ea mutatur aut est praeteritum aut futurum, sed idem semper intuetur.

Tamen in rebus videt successionem, et in ordine ad illam et ad temporalem durationem videt nunc rem esse praeteritam, et antea fuisse futuram et postea praeterire; ipse tamen semper illam intuetur eodem modo. Unde ab aeterno vidit Adam ut existentem in tali tempore, et in priori fuisse futurum et in sequenti praeteritum, et haec semper videt. Et similiter, sicut nunc videt Antichristum esse futurum respectu praesentis temporis, ita et hoc semper cognoscet, etiamsi Antichristus natus sit, quia nunquam videbit natum in hoc tempore, sed in alio futuro, quod respectu hodierni temporis semper cognoscetur ut habens relationem futuri, et sic de aliis. De quibus videri possunt divus Thomas et Caietanus, dicto articulo decimo quinto.

16. Obiectio. — Responsio. — Obicitur vero secundo, quia haec scientia quam Deus habet de rebus actu existentibus in aliqua differentia temporis, non est simpliciter necessaria, quia non est necessarium simpliciter creaturas aliquas habere existentiam; est ergo contingens, ergo non potest esse invariabilis et immutabilis. Sed hoc etiam ex dictis supra facile est, quia necessitas simpliciter alia est a necessitate immutabilitatis. Verum est ergo hanc scientiam non esse simpliciter necessariam, et in hoc sensu interdum vocari liberam vel contingentem; at nihilominus necessario est necessitate immutabilitatis, quia postquam ad tale obiectum terminata est in illa quasi habitudine necessario immutabilis perseverat. Item si aliquando habet relationem causae ad tale obiectum, necesse est ut ab aeterno illam habuerit, quia non potest de novo in illo insurgere. Imo licet dicatur habere indifferentiam quamdam, quatenus obiectum illud absolute spectatum potuit esse vel non esse, nihilominus in hoc habet quamdam necessitatem, quia eo ipso quod obiectum veritatem aliquam habet, necessario divina scientia ad illud terminatur, quatenus verum est.

La razón es porque la cognición divina es infinita, y por eso con un solo intuición comprende toda verdad cognoscible. Es también aquella cognición eterna, y por eso abarca todos los tiempos, y en ella según sí misma no hay ni futuro ni pasado, y por eso siempre intuye todas las cosas del mismo modo.

14. Otra propiedad de la ciencia de Dios. — De aquí se deduce otra propiedad de aquella ciencia, a saber: que es completamente inmutable e invariable, incluso en cuanto se termina en objetos máximamente mutables y variables. Lo cual enseña santo Tomás en la citada quaest. 14, art. 15. Y es cierto por lo dicho arriba sobre la inmutabilidad y eternidad de Dios. Y por esta propiedad se confirma la tercera aserción, pues si la ciencia divina es invariable, entonces lo que una vez conoció, siempre y perpetuamente lo conoce.

15. Suele objetarse en primer lugar que Dios sabe ahora que el Anticristo será futuro, y cuando lo vea presente ya no conoce que es futuro; y ahora conoce que Adán no es, a quien alguna vez conoció que era. Pero esto pertenece solo al modo de hablar, y se resuelve fácilmente advirtiendo lo que dije antes: que en Dios según sí mismo, o en su eternidad, no hay pasado ni futuro, sino solo por denominación extrínseca de los tiempos actualmente existentes.

Así pues, si consideramos la ciencia de Dios en su eternidad, nada en ella se cambia, ni hay pasado ni futuro, sino que siempre intuye lo mismo. Sin embargo, en las cosas ve la sucesión, y en orden a ella y a la duración temporal ve ahora que la cosa es pasada, y antes fue futura y después pasará; Él, sin embargo, siempre la intuye del mismo modo. Por eso desde la eternidad vio a Adán como existente en tal tiempo, y que en el anterior había sido futuro y en el siguiente sería pasado, y esto siempre lo ve. Y de manera semejante, así como ahora ve que el Anticristo es futuro respecto del tiempo presente, así también esto siempre lo conocerá, aunque el Anticristo

haya nacido, porque nunca lo verá nacido en este tiempo, sino en otro futuro, el cual respecto del tiempo de hoy siempre será conocido como teniendo relación de futuro, y así de las demás cosas. Sobre esto pueden verse santo Tomás y Cayetano en el citado artículo decimoquinto.

16. Objeción. — Respuesta. — Se objeta en segundo lugar que esta ciencia que Dios tiene de las cosas actualmente existentes en alguna diferencia de tiempo no es simplemente necesaria, porque no es simplemente necesario que algunas criaturas tengan existencia; es, por tanto, contingente; luego no puede ser invariable e inmutable. Pero esto también es fácil de resolver por lo dicho antes, porque la necesidad simpliciter es distinta de la necesidad de inmutabilidad. Es verdad, por tanto, que esta ciencia no es simplemente necesaria, y en este sentido a veces se la llama libre o contingente; pero no obstante es necesaria con necesidad de inmutabilidad, porque una vez terminada en tal objeto en aquella como relación necesariamente inmutable permanece. Asimismo, si en algún momento tiene relación de causa respecto de tal objeto, es necesario que desde la eternidad la haya tenido, porque no puede surgir de nuevo en Él. Más aún, aunque se diga que tiene cierta indiferencia, en cuanto aquel objeto considerado absolutamente pudo ser o no ser, no obstante en esto tiene cierta necesidad, porque por el mismo hecho de que el objeto tiene alguna verdad, necesariamente la ciencia divina se termina en él en cuanto es verdadero. Porque la intelección divina en sí no es formalmente libre en cuanto al ejercicio, pues esto no pertenece a la perfección, sino a la potencialidad y limitación. Ni tampoco es libre en cuanto a la especificación, porque siempre juzga con evidencia de la cosa tal como es, y en ella intuye toda relación de pasado o futuro que habrá de tener en orden a su propia medida. Y de aquí también proviene que aquella ciencia de Dios sea en sí invariable, aunque las cosas mismas sean variables.

Quia intellectio divina in se non est formaliter libera quoad exercitium, quia hoc non pertinet ad perfectionem, sed ad potentialitatem et limitationem. Neque etiam est libera quoad specificationem, quia semper cum evidentia iudicat de re sicut est, et in illa intuetur omnem habitudinem praeteriti vel futuri quam in ordine ad suam propriam mensuram habitura est. Et hinc etiam provenit ut illa scientia Dei in se invariabilis sit, licet res ipsae variabiles sint. Hic autem pullulat iterum difficultas supra tractata, cur haec scientia sine sui mutatione non possit habere novum respectum ad obiectum seu rem existentem quem ab aeterno non habuerit, cum mutatio non fiat propter solum respectum rationis. Sed hoc satis tractatum est in capite tertio libri secundi et in locis ibi citatis.

17. Variae quaestiones oriuntur. — Adhuc vero supersunt in hac assertione plures et graves quaestiones, in quibus praecipua huius materiae difficultas versatur. Prima est: quomodo cognoscat Deus futura contingentia antequam sint. Secunda: quomodo cum illa scientia infallibili stet contingentia rerum et libertas arbitrii. Tertia: an cognoscat etiam contingentia quae futura essent si haec vel illa conditio poneretur. Quarta: quomodo illa cognoscat.

Sed de hac materia duos libros inter alia Opuscula scripsi, et duas quaestiones primas quanta potui diligentia tractavi; neque illis nunc aliquid addendum occurrit. Aliae vero duae quaestiones in secundo libro tractatae sunt. Et quoniam illae in maiori controversia versantur, possent fortasse de novo addi non pauca de illarum materia. Sed quoniam de tota illa controversia Apostolicae Sedis iudicium expectamus, ideo nihil in hoc opere addendum duximus, sed sententiam quam ibi secuti sumus, ubi necessarium fuerit, tanquam veram supponemus.

Ultima quaestio hic esse potest an Deus cognoscat infinita, sed de illa

etiam in praesenti nihil dicam, vel quia non potest esse quaestio de re, sed de nomine, quae pendet ex quaestione an possit Deus facere in... finitum in actu, vel certe quia si quaestio referatur ad scientiam visionis, tractata est a nobis de Anima Christi in 4 tom., 3 part., disp. 26, sect. 3. Et quoad hoc eadem est ratio de scientia increata et creata animae Christi, quia supponimus videre Christi animam in Verbo omnia quae Verbum ipsum videt scientia visionis. Si autem tractatur quaestio de scientia simplicis intelligentiae, vel cum eadem proportione definienda est, vel si quid habet peculiare, pendet ex his quae de omnipotentia Dei et infinitate obiecti eius dicemus.

CAPUT IV.

AN SCIENTIA DEI PRATICA SIT ET CAUSA RERUM; UBI DE VARIIS NOMINIBUS DIVINAE SCIENTIAE.

1. Variae divisiones divinae scientiae. — Hactenus consideravimus divinam scientiam solum ut speculativa est; nunc oportet breviter de illa dicere quatenus causa rerum et operativa est. Consequenter vero necessarium est exponere quomodo divina scientia dividatur in practicam et speculativam, ubi oportebit etiam de aliis divisionibus eius dicere. Quamvis enim divina scientia una et simplicissima sit in se, tamen ob multitudinem rerum quae sub illam cadunt et varia munia quae in illa considerari possunt, distinguitur a nobis variis modis secundum conceptus nostros inadæquatos, ut illam modo nostro considerare possimus. Atque has divisiones illius scientiae sufficienter tractavi in dicta disp. 30 *Metaphysicae*, sect. 15. Et ideo solum hic illas insinuabo quantum necesse est ad explicandum punctum propositum, quod ibi omissum est, quia magis erat theologicum.

Aquí brota de nuevo la dificultad tratada arriba: por qué esta ciencia, sin mutación de sí misma, no pueda tener un nuevo respecto a un objeto o cosa existente que desde la eternidad no haya tenido, siendo así que la mutación no se hace por un mero respecto de razón. Pero esto está suficientemente tratado en el capítulo tercero del libro segundo y en los lugares allí citados.

17. Surgen varias cuestiones. — Aún quedan en esta aserción varias y graves cuestiones, en las cuales se centra la principal dificultad de esta materia. La primera es: cómo conoce Dios los futuros contingentes antes de que sean. La segunda: cómo con aquella ciencia infalible se compadece la contingencia de las cosas y la libertad del arbitrio. La tercera: si conoce también los contingentes que serían futuros si se pusiera esta o aquella condición. La cuarta: de qué modo los conoce.

Pero sobre esta materia escribí dos libros entre otros Opusculos, y traté las dos primeras cuestiones con toda la diligencia que pude; y ahora no se me ocurre nada que añadir a ellas. Las otras dos cuestiones fueron tratadas en el libro segundo. Y como aquellas se encuentran en una controversia mayor, quizá podrían añadirse no pocas cosas sobre su materia. Pero como de toda aquella controversia esperamos el juicio de la Sede Apostólica, por eso no hemos juzgado conveniente añadir nada en esta obra, sino que la sentencia que allí seguimos, donde fuere necesario, la supondremos como verdadera.

La última cuestión que aquí puede plantearse es si Dios conoce infinitas cosas, pero tampoco de esta diré nada por ahora, sea porque no puede ser cuestión de cosa, sino de nombre, que depende de la cuestión de si Dios puede hacer en...

..finito en acto, o ciertamente porque si la cuestión se refiere a la ciencia de visión, ya ha sido tratada por nosotros al hablar del Alma de Cristo en el 4 tom., 3 part., disp. 26, sect. 3. Y en cuanto a esto, la misma razón vale para la ciencia increada y para la ciencia creada del alma de Cristo, porque suponemos que el alma de Cristo ve en

el Verbo todas las cosas que el mismo Verbo ve por ciencia de visión.

Si, en cambio, se trata la cuestión de la ciencia de simple inteligencia, o bien debe definirse con la misma proporción, o bien, si tiene algo peculiar, depende de lo que diremos acerca de la omnipotencia de Dios y de la infinitud de su objeto.

CAPÍTULO IV

SI LA CIENCIA DE DIOS ES PRÁCTICA Y CAUSA DE LAS COSAS; DONDE SE TRATA DE LOS VARIOS NOMBRES DE LA CIENCIA DIVINA

1. Varias divisiones de la ciencia divina. — Hasta aquí hemos considerado la ciencia divina solo en cuanto es especulativa; ahora conviene decir brevemente de ella en cuanto es causa de las cosas y operativa. Consecuentemente, es necesario exponer cómo se divide la ciencia divina en práctica y especulativa, donde también será preciso hablar de otras divisiones suyas.

Aunque la ciencia divina es una y simplicísima en sí misma, sin embargo, por la multitud de cosas que caen bajo ella y por los diversos oficios que en ella pueden considerarse, es distinguida por nosotros de varios modos según nuestros conceptos inadecuados, para poder considerarla a nuestro modo. Y estas divisiones de aquella ciencia las traté suficientemente en la citada disp. 30 de la *Metaphysica*, sect. 15. Por eso aquí solo las mencionaré en la medida en que sea necesario para explicar el punto propuesto, que allí se omitió porque era más bien teológico.

2. Primera división. — Por parte de las cosas conocidas, pues, puede dividirse en primer lugar la ciencia divina en ciencia de Dios y de las criaturas, división que consta suficientemente por lo dicho en los capítulos precedentes;

2.Prima divisio. — Ex parte igitur rerum cognitarum potest dividi primo divina scientia in scientiam Dei et creaturarum, quae divisio ex dictis in praecedentibus capitibus satis constat; dividitur subinde in scientiam simplicis intelligentiae et visionis.

Secunda divisio. — Quae alias dici possunt abstractiva et intuitiva. In qua divisione non subdividuntur proprie membra prioris divisionis. Nam scientia visionis esse potest de Deo ipso et de creaturis. Nam scientia visionis dicitur illa per quam videntur res existentes vel futurae in qualibet duratione reali secundum actualem existentiam exercitam cum omnibus conditionibus existentiae, ut aiunt; et hoc modo videt Deus seipsum et divinas personas, atque omnia etiam creata quae aliquando futura sunt. Diverso tamen modo in hoc, quod respectu Dei illa scientia est omnino necessaria, nec potest esse nisi intuitiva, ut infra libro nono *de Trinitate* magis declarabitur. Respectu vero creaturarum, scientia visionis, ut visionis et intuitiva est, non est absolute necessaria, sed solum ex suppositione obiecti futuri, ut capite praecedenti tactum est, et latius in libris de scientia Dei futurorum contingentium.

At vero scientia simplicis intelligentiae, quae abstractiva est, quia abstrahit ab actuali existentia obiecti sui, solum habet locum circa creaturas, quia omnes et solae creaturae non includunt essentialiter ipsum esse existentiae actualis, et ideo possunt quidditative cognosci secundum suas essentias et ut possibiles sunt, etiamsi non videantur existentes. Et haec vocatur cognitio per simplicem intelligentiam et abstractiva, quia non terminatur ad res ut actualiter existentes. Est autem scientia, ut terminatur ad res possibiles, simpliciter necessaria, quia possibilitas creaturarum necessaria est, ut in dicto libro nono *de Trinitate* latius dicturi sumus.

Insinuabatur autem de hoc loco quaestio ad quod ex his membris

revocatur scientia conditionalium contingentium, sed de hac re in libro secundo de illa scientia satis dictum est.

3. Alia divisio. — Hinc ulterius dividi potest scientia in practicam et speculativam, nam divina scientia utramque rationem eminentissime complectitur, propter quod non solum sapientia et scientia, sed etiam prudentia et ars perfectissime vocatur. Sumitur autem haec distinctio etiam ex obiectis. Nam scientia speculativa dicitur quae sistit in cognitione veritatis, etiamsi non sit de re quam sciens possit operari; scientia vero practica et est de re operabili, et est principium operandi res cognitas, quantum est ex se. Deus autem et contemplatur scientia sua omnem veritatem, et per eandem cognoscit omnia quae operari potest; habet ergo scientiam speculativam et practicam.

4. Dubium. — Ex qua doctrina videbatur per se manifestum scientiam Dei non posse habere rationem practicae scientiae, ut de Deo ipso est, quia ut sic non est de re operabili a sciente. Nihilominus tamen hoc videtur in dubium revocasse Scotus in 4 q. Prologi ad 4 Sent., quia licet Deus non sit operabilis a se, est amabilis a se, et hoc videtur esse satis ad scientiam practicam, non quae sit per modum artis, sed quae sit saltem per modum prudentiae. Nam dictamen hoc *amandus est Deus* practicum et prudentiale est, et hoc habet Deus circa se ipsum.
Sicut visio beatifica dici potest practica cognitio, quatenus dictat Deum esse amandum.

5. Sed nihilominus dicendum est scientiam Dei, prout versatur circa ea quae sunt intra Deum, nullo modo esse practicam, ut docet D. Thomas, dicta q. 14, art. 16, ac tandem fatetur Scotus in eadem q., § 7, *obiciatur*. Ratio eius est quia in Deo intellectus non est regula voluntatis. Alii reddunt rationem quia, licet scientia quam

y se subdivide luego en ciencia de simple inteligencia y ciencia de visión.

Segunda división. — Que también se llaman abstractiva e intuitiva. En esta división no se subdividen propiamente los miembros de la división anterior. Pues la ciencia de visión puede ser tanto de Dios mismo como de las criaturas. Se llama ciencia de visión aquella por la cual se ven las cosas existentes o futuras en cualquier duración real según la existencia actual ejercida con todas las condiciones de la existencia, como dicen; y de este modo ve Dios a sí mismo y a las personas divinas, y también todas las cosas creadas que en algún momento serán futuras.
De manera diferente, sin embargo, en esto: que respecto de Dios aquella ciencia es absolutamente necesaria, y no puede ser sino intuitiva, como se declarará más ampliamente abajo en el libro noveno *de Trinitate*. Respecto de las criaturas, en cambio, la ciencia de visión, en cuanto es de visión e intuitiva, no es absolutamente necesaria, sino solo por suposición del objeto futuro, como se tocó en el capítulo precedente y se tratará más ampliamente en los libros sobre la ciencia de Dios de los futuros contingentes.
Pero la ciencia de simple inteligencia, que es abstractiva porque abstrae de la existencia actual de su objeto, solo tiene lugar respecto de las criaturas, porque todas y solo las criaturas no incluyen esencialmente el mismo ser de la existencia actual, y por eso pueden ser conocidas quidditativamente según sus esencias y en cuanto son posibles, aunque no se vean como existentes. Y esta se llama cognición por simple inteligencia y abstractiva, porque no se termina en las cosas como actualmente existentes. Es, sin embargo, ciencia, en cuanto se termina en cosas posibles, simplemente necesaria, porque la posibilidad de las criaturas es necesaria, como diremos más ampliamente en el citado libro noveno *de Trinitate*.
Se insinuaba también en este lugar la cuestión a cuál de estos miembros se reduce la ciencia de los condicionales

contingentes, pero sobre esta materia se dijo suficientemente en el libro segundo acerca de aquella ciencia.

3. Otra división. — De aquí ulteriormente puede dividirse la ciencia en práctica y especulativa, pues la ciencia divina abarca eminentísimamente ambas razones, por lo cual se llama perfectísimamente no solo sabiduría y ciencia, sino también prudencia y arte. Esta distinción se toma también de los objetos. Pues se llama ciencia especulativa aquella que se detiene en el conocimiento de la verdad, aunque no sea acerca de una cosa que el que sabe pueda operar; en cambio, la ciencia práctica es acerca de una cosa operable y es principio para operar las cosas conocidas, en cuanto está de su parte. Dios, pues, tanto contempla con su ciencia toda verdad como por la misma conoce todas las cosas que puede operar; tiene, por tanto, ciencia especulativa y práctica.

4. Duda. — De esta doctrina parecía manifiesto por sí mismo que la ciencia de Dios no puede tener razón de ciencia práctica en cuanto es acerca de Dios mismo, porque como tal no es acerca de una cosa operable por el que sabe. Sin embargo, esto parece haberlo puesto en duda Escoto en 4 q. Prologi ad 4 Sent., porque aunque Dios no es operable por sí mismo, es amable por sí mismo, y esto parece ser suficiente para la ciencia práctica, no la que es por modo de arte, sino al menos la que es por modo de prudencia. Pues este dictamen *Dios debe ser amado* es práctico y prudencial, y esto tiene Dios respecto de sí mismo. Así como la visión beatífica puede llamarse conocimiento práctico, en cuanto dicta que Dios debe ser amado.

5. Pero no obstante debe decirse que la ciencia de Dios, en cuanto versa acerca de las cosas que están dentro de Dios, de ningún modo es práctica, como enseña santo Tomás en la citada q. 14, art. 16, y finalmente lo reconoce también Escoto en la misma cuestión, § 7, *obiciatur*. La

Deus de se habet amorem excitet, ille amor non est operatio. Quantum hae rationes valeant, ex dicendis constabit. Ego igitur censeo propriam rationem esse quia ille amor non est liber, sed omnino naturalis; praxis autem proprie non est nisi ubi est dominium actionis, ut constat ex usu omnium et ex his quae de practico et speculativo disseruimus, disp. 44 *Metaphysicae*, sect. 13, a n. 19. Confirmatur quia amor quo Deus se diligit non est a prudentia, quia naturalis est, nec ab arte ob eamdem rationem, et quia non est proprie opus, ergo. Tandem quis dicat productionem Spiritus Sancti esse ex dictamine practico intellectus Divini?

Igitur licet ille amor sequatur (nostro modo intelligendi) ex cognitione tanquam ex conditione proponente obiectum, hoc non satis est ut illa cognitio practica dicatur. Nam ex speculatione vel visione rei pulchrae sequi potest delectatio vel amor, et non propterea est praxis, quia illa affectio voluntatis sequitur ex vi obiecti, et consideratio intellectus non inducit modo practico (ut consulendo, praecipiendo vel alio simili), sed est conditio requisita propter naturalem subordinationem talium potentiarum.

6. Corollarium. — Secundo videtur ex dictis inferri satis evidenter divinam scientiam, prout versatur circa creaturas, esse practicam. Tum quia voluntas divina circa creaturas libere versatur, unde potest per rationem practicam suo modo dirigi. Tum etiam quia potest Deus creaturas producere et scit quomodo a se fieri possunt; ergo cum ab ipso fiant, per illam scientiam effectio earum dirigitur; ergo scientia illa practica est, nam hic sunt munia scientiae practicae.

Nihilominus Scotus, dicta q. 4 Prologi, § *Tertius articulus*, et in 1, d. 38, q. 1, negat illam scientiam esse practicam: supponit enim habitum practicum proxime versari circa voluntatem, putat autem scientiam Dei non posse practice versari circa

voluntatem, etiam quoad liberos effectus. Tum quia intellectus in Deo non est regula voluntatis, sed ipsa sibi regula est. Tum etiam quia ante determinationem liberam voluntatis di-vinz, non praecedit dictamen in intellectu, *hoc esse faciendum vel amandum*.

7. Divina scientia duplici modo est practica. — Sed negari profecto non potest quin divina cognitio duplici ratione practica sit: uno modo per modum prudentiae, alio modo per modum artis. Per modum prudentiae respectu ipsiusmet voluntatis divinae quoad actus liberos, ut sic, seu quoad determinationes eorum. Qui enim negari potest actus illos esse prudentissimos, et ut tales fuisse a Deo praecognitos et praeiudicatos prius ratione quam sint, secundum liberam determinationem? Nam quod illi actus sint honestissimi et conformes divinae bonitati manifestum est. Quod vero praeiudicentur ut tales prius ratione quam determinentur, etiam videtur clarum, quia scientia illa naturalis est et naturalia sunt priora liberis. Ergo ante liberam determinationem antecedit in scientia Dei hoc iudicium: *velle hoc vel illud rectum erit secundum prudentiam, liberalitatem vel iustitiam*; ergo tale iudicium recte dicitur practicum et prudentiale. Ita loquitur Scriptura: Prov. 3: *Dominus sapientia fundavit terram, stabilivit caelos prudentia*; Ier. 10 et 51: *Qui fecit terram in fortitudine sua, praeparavit orbem in sapientia sua, et prudentia sua extendit caelos*.

8. Quapropter quod Scotus sumit, ante liberam determinationem voluntatis non antecedere hoc iudicium ordine rationis, falsum est. Quia etiam de divina voluntate verum est non posse ferri in incognitum; ideo enim processio Spiritus Sancti posterior origine est processione Filii. Supponitur ergo cognitio ad liberam Dei determinationem; illa autem est cognitio perfecta de obiecto et actu et

razón de esto es porque en Dios el intelecto no es regla de la voluntad. Otros dan la razón de que, aunque la ciencia que Dios tiene de sí mismo excite el amor, aquel amor no es una operación. Cuánto valgan estas razones, se verá por lo que se dirá a continuación.

Yo, pues, considero que la razón propia es que aquel amor no es libre, sino totalmente natural; mientras que la praxis propiamente no existe sino donde hay dominio de la acción, como consta por el uso común y por lo que tratamos acerca de lo práctico y lo especulativo en la disp. 44 de la *Metaphysica*, sect. 13, a partir del n. 19. Se confirma porque el amor con que Dios se ama a sí mismo no procede de la prudencia, pues es natural, ni del arte por la misma razón, y porque no es propiamente una obra. Finalmente, ¿quién diría que la producción del Espíritu Santo procede de un dictamen práctico del intelecto divino?

Por tanto, aunque aquel amor se siga (a nuestro modo de entender) del conocimiento como de una condición que propone el objeto, esto no basta para que aquella cognición se llame práctica. Pues de la especulación o visión de una cosa hermosa puede seguirse deleite o amor, y no por eso es praxis, porque aquella afección de la voluntad sigue por la fuerza del objeto, y la consideración del intelecto no induce de modo práctico (como aconsejando, mandando u otro semejante), sino que es una condición requerida por la natural subordinación de tales potencias.

